PINDARICA.

1. In Pindaro explicando et emendando nostra aetate praeclarissimi homines docti elaboraverunt multi, nemo felicius Boeckhio. et quam egregie ille quidem artem metricam „aquilae Thebanae“ explanaverit, quo ingenii acumine universam epiniciorum Pindaricorum conformationem perspexerit, qua subtilitate definiverit, quo tempore, quo loco, quo rerum statu singula carmina cantarentur, quanta denique doctrina undique congesserit, quae ad poetam accuratius intellegendum pertinerent, inter omnes, qui vel mediocriter in litteris graecis versantur, satis constat. quibus in rebus perquirendis et investigandis cum tantae sollertiae eum reperias, ut dubitanter, ni fallor, a sententia eius recesseris, in ipsis verbis construendis obscurioribusque locis interpretando explanandis semel atque iterum eo mire videtur falsus esse, quod genus dicendi Pindari proprium parum diligenter observavit. neque reliqui vel editores vel interpretes*), qui postea Pindaro operam navabant, dictionem eius iam ita illustraverunt, ut non sit, quod iteratae indagationis indigeat. non meum est his plagulis dicendi artem eius accuratius describere, pauca liceat in medium proferre, quibus appareat, quantopere Pindarus a vulgari usu sermonis graeci multifariam discrepet. hoc vero mihi est propositum, ut ostendam dicendi eius ratione diligentissime perquisita et examinata non paucis locis aut pro desperatis habitis. aut nondum satis recte ab interpretibus administratis, novam saepius adferri posse lucem. neque enim dubito, quin epiniciis Pindaricis interpretatione multo magis subveniendum sit, quam emendatione**), interpretis autem est ex ipso

*) Mommsenus in adnotationis criticae supplemento nonnulla accurate exposuit. Berolini 1864.
Erdmann: de Pindari usu syntactico. Halae 1867.
Bossler: de praepositionum usu apud Pindarum. Darmstadii 1862.
Godofredus: de elocutione Pindari. Susati 1862.

**) Rectissime iudicasse videtur Moritz Schmidt in libro quem scripsit: Pindars Olympische Siegesgesänge ac. diatribe de nonnullis locis controversis. Jena 1867. ubi pag. LXXXVIII.: „Denn ich kenne kaum einen Dichter des Alterthums, dessen Text uns in so ausgezeichneter Reinheit erhalten wäre, als der pindarische. Fortgesetzte Beschäftigung mit dem Dichter hat mich wenigstens gelehrt, dass selbst bei anscheinend sehr erheblichen Verderbnissen die Schädigung des Textes sich auf ein

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poeta singulis exemplis observatis et collatis religiose discere, quomodo is intellegi velit et quid audaciae lyricae concessum putet, eaque perversissima est interpretatio et ars critica, quae, quidquid insolenter aut plane singulariter dictum esse videatur, temere vel reicere vel emendare audeat.

Jam qui primoribus labris Pindari carmina gustaverit, praepositiones nonnullas singulari vi in eis usurpatas legi primo aspectu crevit. nam quem fallere poterat, quas rationes nudis casibus vulgo apud Graecos expressas videre consuemus, eas poetam praepositionibus adiunctis peculiari oratione saepius notasse, cum aliis locis non minus manifestum sit desiderari voculas istas, quibus, quae ratio casui subsit, accuratius describi solet. quod cum ita sit ipsique casus non semel ita exhibeantur, ut quodammodo alter alterius vice fungi videatur, neque praepositionum neque casuum usum eis certis finibus, quibus postea, apud Pindarum iam circumscriptum esse patet. neque id latuit veteres scholiastas rectissimi iudicii viros plerosque, qui suo interpretandi more dicunt sexcenties: προςληπτέον τὴν πρόθεσιν, vel: πλεονάζει πρόθεσις. nostrae vero aetatis interpretes, quippe ad hanc licentiam orationis parum accurate animum attenderent, in haud paucis locis explicandis a recta via aberraverunt.

Etiam alia ratione insolitus praepositionum usus in errorem induxit interpretes, qui saepe non satis perpenderint, quo praepositio referenda atque cum qua parte orationis coniungenda esset. tmesin*) dico figuram, quam passim statuunt iniuria. etenim si tmesis ea est figura, per quam praepositio ab eo verbo dirimitur, quocum quasi in unam notionem coaluit, nulla est tmesis statuenda, cum poeta, ut a trita via orationem suam revocaret, pro verbo composito, quod ex vulgari sermonis usu expectamus, simplex verbum potius usurpavit atque, quomodo actionis rationem intellegi vellet, praepositione cum nomine constructa suo iure determinavit. iam apertum est praepositionis ita seiunctim positae, sive ea cum nomine construitur, sive per se adverbii locum tenet, multo maiorem esse vim, quam cum verbo sic compositae, ut ei quodammodo adglutinetur, attamen etsi etiam tmesis figura propriae praepositionis significationi tollendae inservit, aliquid ad accuratum intellectum poetae refert, utrum tmesin agnoscas necne, siquidem praepositio, quamvis per tmesin a verbo suo seiuncta, connexum cum eo nunquam omnino abicit neque penitus intellegi potest, nisi hoc connexu examinato et observato. quam ob causam ex rerum natura, ex usu poetae, ex collocatione verborum quoquo loco singillatim diiudicandum est, utrum praepositio per tmesin ad verbum trahenda, an potius cum nomine construenda, an pro adverbio habenda sit.

Minimum reducirt, und man sich, wenn irgendwo, so bei Pindar, vor durchgreifenden Veränderungen sehr zu hüten hat.“ sed non intellego quomodo quis sic praefari, tum in ipsa „diatribe“ poetae verbis adeo vim adferre potuerit, ut iam verendum sit, ne tectus noster toto coelo diversus fiat ab eo qui in libris legitur, si alii eadem temeritate arte critica abutuntur.

*) Pierson in Museo Rhenano vol. XI. pag. 379—400 egregie de hac figura disputavit. Bossler pag. 66. 67.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

atque quam vis audax ille quidem sit cum omnino in vocibus traiciendis tum in praepositionibus vel a nomine vel a verbo suo seiungendis, ea, quae via et ratione procedit interpretatio vel in difficilioribus et contortioribus locis facilius, quid poeta sibi voluerit, adsequetur. sunt enim etiam in tanta audacia, in tam mira atque adeo incredibili verborum traiectione certae normae, aut ea lex, quam poeta sibi ipsi imposuit. haec diligentissime eis locis observata, quibus, qua ratione iste accipiendus sit, nulla iusta dubitatio esse potest, auxilio erit ad enucleanda ea, quae, per se incerta et ambigua, dubitationem attulerint, nisi quis poetae usum satis noverit.

Poteram singulis diversi generis exemplis Pindarum propterea non recte intellectum probare, quod interpretes parum tenent, quomodo multis ex partibus a receptis regulis et normis graece dicendi recesserit, sed magis placuit, ne multa tangantur, perficiatur nihil, nunc quidem in eis, quae ad praepositionum usum pertineant, adquiescere. pauca tamen de verborum traiectione addere oportet, ne ab incredibili illa quidem, ut ita dicam, membrorum distortione, quae aliquoties statuenda erit, argumenta petantur contra novas quasdam interpretationes meas, atque ut, usu poetae ex certi intellectus locis illustrato, facilius appareat fieri posse, ut, quae vel maximo intervallo distent, aut mirum in modum convoluta videantur, ex sententiae necessitate sint coniungenda atque una construenda.

2. Communis et indogermanicarum linguarum et graeci sermonis lex est, ut praepositiones, primitiva loci significatione obscurata, logicis rationibus reddendis inserviant, quo fit, ut frequentissimo usu translato principalis et naturalis significatio adeo hebetetur, ut eam iam vix sentiamus. neque tamen omnium eadem erat sors, aliae aliis magis suam vim retinebant sermonique ad translationem minus aptae videbantur, Pindarus vero, ut qui passim vulgari consuetudine aliena sectetur, etiam eas, quae vulgo minus metaphorice dicuntur quarumque vis naturalis etiam magis sentitur, saepius usu translato exhibere solet. qua re si efficitur, ut, quae mente et intellegentia capere solemus, ea oculis nostris quodammodo proposita videantur, fieri non potest, quin qui primum quidem Pindarum adit, novitate singularique orationis perspicuitate mire obstupescat. quae licentia pertinet imprimis ad quatuor praepositiones has: ἀμφί, ἐν, σύν, ὑπό, quibus temporis, causae, modi rationes, quibus reliquae denique notiones logicae, sive aliis praepositionibus, sive nudis casibus vulgo secus expressae, insolenter redduntur.

3. Praepositio ἀμφί haut scio an propter plenum sonum et vagam neque certa ratione definitam vim Pindaro prae reliquis placuerit (fugit enim ille manifesto mentis aciem), in nullius usu eum neque magis frequentem neque magis proprium esse quis est, quin videat. ut singula persequar, primitivam quidem circumdandi significationem habet ἀμφί sequente dativo, ex Homerico usu, quem tragici sequuntur, in egregio hoc loco:

P. IV. 95. τάφε δ'αὐτίκα παπτάναις ἀρίγνωτον πέδιλον
δεξιτερῷ μόνον ἀμφὶ ποδί.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad Homericae orationis similitudinem (κρέα δ' ἀμφ' ὀβέλοισιν ἔπειραν) conformata sunt haec exempla:

Ol. III. 13. ἀμφὶ κόμαισι βάλῃ γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας.
Ol. XIII. 38. τρία ἔργα ποδαρκής
ἁμέρα θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.
Ol. XIII. 85. φάρμακον πραῦ τείνων ἀμφὶ γένυι.

Sentitur notio circumdandi fortasse etiam in eis exemplis praepositionis ἀμφί cum accusativo constructae, quae iam adlaturus sum:

Ol. I. 16. οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν.
Frag. 185. ἥρωες αἰδοίαν ἐμίγνυντ' ἀμφὶ τράπεζαν.
J. II. 39. οὐδέ ποτε ξενίαν
οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστειλ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν.
(günstiger Fahrwind umweht alle Zeit seinen gastlichen Tisch.)
Ol. IX. 95. τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ
θαυμαστὸς ἐὼν φάνη Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου.
(in der ganzen Festversammlung herum).

In aliis principalis haec circumdandi vis adeo debilitatur, ut nihil aliud, nisi, quo quid loco fiat, universe significetur atque ut ἀμφί fere pro vulgo usurpatis παρά et ἐπί dictum esse videatur. non dico hunc usum Homero plane alienum, notandum tamen capessere eum egregieque ei, ut ita dicam, indulgere Pindarum.

P. V. 39. τό σφ' ἔχει κυπαρίσσινον
μέλαθρον ἀμφ' ἀνδριάντι σχεδόν.
Ol. XIII. 63. ἦ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἔπαθεν.
Ol. VIII. 42. Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς, ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται.
N. IX. 40. βαθυκρήμνοισι δ' ἀμφ' ἀκταῖς Ἑλώρου.
N. IV. 85. κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι ναιετάων.
P. IX. 119. ὃς ἂν πρῶτος θορών
ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις.
(ubi haut dubie cum Boeckhio coniungendum: ψαύσειε οἱ ἀμφὶ πέπλοις.)

Circumdandi notione plane abiecta cum accusativo legitur:

P. V. 21. τῷ σε μὴ λαθέτω
Κυράνᾳ γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀφροδίτας ἀειδόμενον.
P. X. 56. ὀπ' ἀμφὶ Πηνειὸν γλυκεῖαν προχεόντων ἐμάν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ol. I. 48. ὕδατος ὅτι τε πυρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμάν
μαχαίρᾳ τάμον κάτα μέλη.
(in dem Wasser umher schnitten sie die Glieder herab.) *)

Non dissimilis est ratio praepositionis:

Ol. VII. 24. ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρασὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται.

nisi quod ibi, quod ingenii est neque sub sensus cadit, egregie ad loci rationem relatum est. sic: Ol. I. 8. ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται.
σοφῶν μητίεσσι.
(pro vulgari ἐμβάλλεσθαι)

Jam liceat conferre unum exemplum praepositionis περί simili audacia usurpatae:

P. IV. 122. ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ γάθησεν.

ubi miror Herrmannum, alios, praepositionem pro adverbio habuisse. nam si alterum exemplum praepositionis ita dictae non exstat, hoc tamen certa analogia locutionum Homericarum velut: περὶ θυμῷ φιλέειν, similium, satis defenditur. accusativo suo iure usus est poeta, quo gaudium fingit animum undique circumdans et quasi circa eum repens, ut vero vulgata quae iam in formulam abierant, etiam magis vitaret, pro eo, quod Homerico usu tritum erat θυμός, exquisitius dixit: ψυχή.

Quod Ol. XIII. 37. exstat: ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί. „unius diei spatio," plane singulariter**) dictum est."

legitur ἀμφί cum accusativo de tempore:

Ol. I. 97. ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν.

Ol. II. 59. βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον.

„per totam vitam." quae praeter aliorum usum dicta sunt, apud quos ἀμφί sequente accusativo tempori generatim indicando inservit.

Alio porro modo transfertur principalis et simplex vis praepositionis ἀμφί, cum ea definitur, quo pertineat, vel quemadmodum limitanda sit actio verbo expressa.

Ol. XIII. 52. οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ.
N. II. 17. ἀμφ' ἀέθλοις ἐξοχώτατοι.
J. IV. 55. ἀμφ' ἀέθλοισιν γενεὰν Κλεονίκου
ἐκμαθών.

---

*) Insignis vis horum versuum et tmesi figura et utraque praepositione ἀμφί et κατά effecta est, nostris enim auribus nobis videmur audire singulas particulas in aquam decidere et quoquo versus spargi. in tam mira atque adeo incredibili re describenda fieri non potuit, quin altius adsurgeret oratio.

**) Quod apud Suidam legitur ἀμφὶ ἔτει. ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει habendum est pro dativo adiectivi ἀμφιέτης.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

J. I. 50. ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις ἢ πολεμίζων ἄρηται κῦδος ἁβρόν.

P. V. 110. καὶ τολοιπὸν ὄπισθε, Κρονίδαι μάκαρες,
διδοῖτ' ἐπ ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
ἔχειν.

ubi Boeckhius et Dissenius verbum ἔχειν ita transitive positum iudicant, ut δύναμιν suppleant, vide vero ne potius ἔχειν intransitivo sensu accipiendum sit: „Velitis versetur ille etiam in posterum circa labores et consilia.“ cum accusativo:

N. I. 54. εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

P. VIII. 69. κατὰ τὶν ἁρμονίαν βλέπειν
ἀμφ' ἕκαστον ὅσα νέομαι.

Immo vim causalem ἀμφί sibi ascivit.*)

P. I. 80, παίδεσσιν ὕμνον Δεινομένευς τελέσαις
τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ.

Ol. IX. 13. ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν φόρμιγγ' ἐλελίζων.

P. II. 62. ἀμφ' ἀρετᾷ κελαδέων.

P. IX. 33. ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρωθέντων
Τρώων ἔλυσε δόμους ἁβρότατος.

N. X. 60. ἀμφὶ βουσίν πως χολωθείς.

ita J. VI. 8. J. VII. 27. Ol. V. 15. P. XI. 55.

et cum accusativo:

P. II. 15. κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν πολλάκις.

Leguntur similia apud Homerum, tragicos, Herodotum,**) discessit vero Pindarus ab hoc usu poeticae orationis communi, ubi praepositionem ἀμφὶ ita usurpavit, ut vis eius latine ablativo, qui vocatur instrumentalis, reddenda sit.

P. VIII. 34. ἴτω τεὸν χρέος, ὦ παῖ, νεώτατον καλῶν,
ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ
(alatum mea arte).

P. I. 12. κῆλα δὲ καὶ δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λατοίδα σοφίᾳ
βαθυκόλπων τε Μοισᾶν.

N. I. 34. σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες. (per indolem tuam)

---

*) eadem vi legitur περί cum dativo: P. II. 59. κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ γενέσθαι ὑπέρτερον. N. V. 44. χαίρω δ' ὅτι ἐσλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
N. X. 31. ὅστις ἁμιλλᾶται περὶ ἐσχάτων ἄθλων κορυφαῖς.

**) lib. V. c. 19. ἀμφὶ ἀπόδῳ τῇ ἐμῇ πείσομαί σοι.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sic cum accusativo legitur:

Ol. XI. 76. ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖσι θαλίαις
τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.

quae scholiastae sic interpretantur: ἐν ταῖς εὐωχίαις δὲ περιῴδετο καὶ ἠχεῖτο τὸ πᾶν τέμενος εὐφημιῶν καὶ ὕμνων λεγομένων, οὗτος γάρ ἐστιν ἐγκωμιαστικὸς τρόπος. Boeckhius: „personabat delubrum inter iucundas epulas laudatorio cantu.“ ad sensum haec recta, nulla vero interpretatione mirificam illam orationem Pindaricam adsequeris, qua causae ratio, quae ipsa a sensibus seiuncta est, eximie ad oculorum consuetudinem abducitur.

J. III. 54. ἵστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ
ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ, μόμφαν ἔχει παίδεσσιν Ἑλλάνων.

„vim trunculentam, quam cum circa gladium suum inciderit, Graecorum filiis vituperationi est.“ „circa gladium“ eodem fere sensu dixit, quo gladio ex vulgari usu diceretur. possunt non plane dissimilia ex Homero adferri, est in Aiace Sophocleo v. 828. πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει. dubito tamen, num quisquam praeter Pindarum: τέμνειν περὶ φασγάνῳ ἀλκάν ausus sit. iam minus offendis in P. V. 54.

κεῖνόν γε βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι φύγον.

cum quo loco contuleris hymni ad Cererem versum 429. αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην περὶ χάρματι.

Pers. Aeschyl. 967. σέβομαι δ' ἀντία λέξαι
σέθεν ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.

Il. VII. 22. θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει.

4. Ut iam ad praepositionem ἐν*) transeamus, veteres grammatici compluribus locis eam dicunt πλεονάζειν, a nostris editoribus usus Pindarici non satis curiosis violenta manu saepius removetur. et praefigitur illa quidem sane insolentius simplici dativo, ita tamen, ut, quomodo id fieri potuerit, plerumque nullo negotio eruatur.

Simplicissima et per se plana, etsi praepositio omitti poterat, sunt haec:

P. III. 43. βάματι τ'ἐν πρώτῳ κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ
ἅρπασε.

P. IX. 84. τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαίφρων
ἐν μόναις ὠδῖσιν Ἀλκμήνα
διδύμων κρατησίμαχον σθένος υἱῶν.

Quae exstant N. I. 52. ἐν χερὶ τινάσσων φάσγανον.

et P. II. 8. ἀγαναῖσιν ἐν χερσὶν ποικιλανίους ἐδάμασσε πώλους.

dicta sunt ex Homerici usus analogia. confer:

Il. VII. 105. φάνη βιότοιο τελευτὴ Ἕκτορος ἐν παλάμαισιν.

---

*) Dissenius in editione Boeckhiana p. 487 fusius de hac praepositione disputavit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Il. V. 558. ὄφρα καὶ αὐτὼ ἀνδρῶν ἐν παλάμῃσιν κατεκτάθεν ὀξέϊ χαλκῷ.
quibus in exemplis non recte iudicaveris praepositionem ἐν ipsius ablativi instrumenti locum tenere, nam si quis dicit: ἐν χερὶ τινάσσων φάσγανον, non diserte exprimit actionem iaculandi manu esse effectam, sed nihil aliud dicit, nisi quod sub oculis est, gladium vibratum eminere et apparere in manu, quid vero inter vibrandum atque manum intercedat, auditori relinquit supplendum. ad oculorum igitur conspectum effingit orationem qui habet ἐν χερί pro eo, quod tritum est propiusque ad nostram cogitandi rationem accedit. quod si ita sese habet, nescio quid Mommsenum impulerit, ut Ol. II. 63. οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ, (quae lectio omnibus non interpolatis libris tradita scholiastarum interpretatione confirmatur) praepositionem ἐν ferendam esse negaret.*) nam quo iure pulli dicuntur esse inter manus eius, qui tenet habenas, eodem puto posse cogitari, idque sine ulla „perversitate", versari solum, quod manu subruitur, in manu eius, qui tenet aratrum.

Non minus facile explicatur usus praepositionis ἐν in multis dictionibus, quae ad laudationem victorum pertinent. etenim si ex recepto Latinorum et Graecorum usu instrumentis musicis, quibus quis canitur laudibusque effertur, ablativo positis, praedicatio ista quodammodo cogitatur inde prodire, quid mirum, si quae laudes peraguntur, sive nuda voce, sive carmine arte musica adornato, teneri illae dicuntur vel in ipsa voce vel in instrumentis, quibus veluti corpore induuntur.**)

N. XI. 17. ἐν λόγοις δ' ἀστῶν ἀγαθοῖσί μιν αἰνεῖσθαι χρεών.
Ol. V. 19. Λυδίοις ἀπύων ἐν αὐλοῖς.
J. IV. 27. κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν ἐν αὐλῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς.
Ol. I. 15. ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ.
(er schmückt sich auch in der Tonkunst Blüthe)
Ol. VII. 11. Ol. XIV, 16. N. III. 79.

Non dissimile: N. VIII. 26. κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσσῆ Δαναοὶ θεράπευσαν.
Quod legitur: N. VIII. 40. αὔξεται δ' ἀρετά, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρεον ᾄσσει
ἐν σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν
αἰθέρα.

---

*) Mommsenus in adnotatione critica p. 27 et in Mus. Rhen. XVIII. p. 303 commendat suum inventum: ἔγχερος ἀκμᾷ. de qua coniectura Mor. Schmidt (diatribe de Pindari locis nonnullis controversis pag. CXXI.) severissime iudicat. ipse nova quaerens ἐν χρεὸς ἀκμᾷ pro ἐν χρεοῦς ἀκμᾷ „dira cogente necessitate" proponit. quod si ingeniose excogitatum, nulli tamen usui ei est, qui Pindaricam orationem satis novit.

**) Non bene Bosslerus huc trahit P. V. 107. ἔν τε Μοίσαισι ποτανὸς ἀπὸ ματρὸς φίλας. quibus ratio causae plane aliena est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non multo audacius dictum est, nam sicut in prioribus exemplis ipsis verbis aut instrumentis dicuntur contineri, quae praedicantur, ita nunc fingitur virtutis laus inesse in ipsis illis iustis musicaque arte doctis viris, qui victorem laudatione sua efferunt.

Paulo diversa eorum locorum ratio est, quibus Pindarus, cum de certaminibus victoriisque reportatis agit, non dicit, *quo* quis certamine victor evaserit, sed *in quo* genere cum multa sua suorumque laude versatus sit. ita non causae ratio exprimitur, quam nos quidem desideramus, sed indicatur potius, quibus finibus circumscribenda sit notio verbo adiectivove expressa.*)

P. XI. 46. τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνικοι.

P. II. 3. ὕμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν φέρων
μέλος ἔρχομαι ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος
εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾧ κρατέων
τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις.

ubi cave ne intellegas: in qua stans cum vicisset" quoniam passim apud Pindarum isto sensu legitur: ἄν ἵπποις Ol. I. 42. Ol. VIII. 51. Ol. XI. 69. ita etiam P. IV. 94. ἀνὰ δ' ἡμιόνοις ξεστᾷ τ' ἀπήνᾳ ἵκετο. mirum sane, quod hoc loco genus certaminis singulari numero expressum est.

Ol. II. 43. τιμώμενος ἐν ἀέθλοις καὶ ἐν μάχαις.

P. VIII. 25. πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀείδεται
νικαφόροις ἐν ἀέθλοις θρέψαισα καὶ θοαῖς
ὑπερτάτους ἥρωας ἐν μάχαις.

---

*) Perversissime Bosslerus eadem ratione explicat P. IV. 23. χαλκέοισι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν δρόμον. qui enim praepositionem ἐν hoc loco vi ablativi instrumenti usurpatam putat, prodit ille se omnino ignorare, quid sit cursus armatus.

Ita lapsus est N. X. 14. ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις Τηλεβόας ἔναρεν. nam voce ὅπλα significatur nihil aliud nisi armatura, qua indutus erat.

Neque vero felicius contulit Dissenius:

Ol. XIII. 49. seq. ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλείς
μῆνίν τε γαρύων παλαιγόνων
πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν
οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ.

ad quem locum ille: „πόλεμον ἐν ἀρεταῖς, ut bellum gestum in armis, neque enim ἐν per significat." et Boeckhius quoque: πόλεμον ἐν ἀρεταῖσιν ita quasi pro una notione habet, quoniam interpretatur: „Bella heroïcis virtutibus gesta." at qualis haec imago! et certe „bellum in heroïcis virtutibus" toto coelo diversum ab eis. quae comparantur. omnia tamen planissima sunt, si ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖς cum verbo γαρύων coniungis: Prudentiam maiorum praedicans et virtutem bellicam inter heroum laudes commemorans non mentiar de Corintho." Ceterum Heimsoethus rectissime docuit delenda esse editorum commata, quae accusativos disiungant a verbo suo, praedicata a subiectis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quae sic construenda: ὑπερτάτους πολλοῖς μὲν ἐν ἀέθλοις καὶ θοαῖς ἐν μάχαις. ut sibi respondeant ex Pindarico usu μέν et καὶ vel τέ P. (confer P. II. 58. Ol. IV. 13. Ol. III. 6.)

J. I. 22. λάμπει δέ σαφὴς ἀρετά
ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν ἔν τ' ἀσπιδοδούποισιν ὁπλίταις δρόμοις.

N. III. 16. ἐν περισθενεῖ μαλαχθείς
παγκρατίου στόλῳ.

Ita J. I. 25. non improbabili coniectura invectum est ἐν, ut sit: καὶ λιθίνοις ὅποτ' ἐν δίσκοις ἕεν. (als sie im Diskus warfen) in praepositionis quidem usu non offendes, si quam prope vis eius in exemplis supra adlatis ad ablativum instrumenti accedat, diligenter reputaveris.*)

Dativum instrumenti eodem iure exspectaveris:

Ol. XIII. 55. ἐν ἀλκᾷ
πρὸ Δαρδάνου τειχέων ἐδόκησαν
ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος.

item N. VIII. 24. ἢ τιν ἄγλωσσον μέν, ἤτορ δ' ἄλκιμον, λάθα κατέχει
ἐν λυγρῷ νείκει· μέγιστον δ' αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέταται.

Ubi traditum est λυγρῷ νείκει, at felicissima manu restituit Hermannus praepositionem ἐν, quam librarii removerant, quippe cuius vim singularem parum notavissent. de sententia poetae interpretes non debebant dubii haerere, praesertim cum rectissima interpretatio legeretur in scholiis: λήθη καὶ θάνατος (ein unberedtes, aber ein starkes Herz umpfängt Todesnacht durch einen unseligen Streit) praeclarissime ita generatim praesignificatur, quod mox distincte pronuntiatur: στερηθεὶς ὅπλων φόνῳ πάλαισεν.

P. V. 78. σὺν Ἑλένᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖσαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον ἐν Ἄρει.

Quid hic sibi velit ἐν Ἄρει, apertum est neque a quoquam non intellegi poterat, altero vero loco eximio, at nondum ex omni parte bene explicato, praepositionem ἐν eodem nomine sequente plane eadem vi esse usurpatam, omnes interpretes videtur fugisse: conferas quaeso:

J. IV. 48. καὶ νῦν ἐν Ἄρει μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἴαντος ὀρθωθεῖσα ναύταις,
ἐν πολυφθόρῳ Σαλαμὶς Διὸς ὄμβρῳ
ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.

Quae Dissenius pag. 519 sic interpretatur: Et nunc in bello testaretur Salamis se servatum nautarum Aeginetarum virtute in perniciosa Jovis tempestate, innumerabilium virorum grandinea caede.“ Leopold Schmidt p. 142 „Auch jetzt im Kriege kann Salamis Aias Stadt dafür zeugen, die bei dem zerstörungsreichen Unwetter des Zeus von dem Seevolke durch den hagelartigen Mord unzähliger Männer gerettet wurde.“

*) Mommsenus ex nova artis metricae lege. qua omnia perturbantur: ὁπότε δίσκοις ἕεν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibus interpretationibus videtur mihi egregia vis gravissimae imaginis in fine enuntiati positae: ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ mirum in modum debilitari praemisso isto exili atque inutili additamento ἐν Ἄρει. quod si reicias, sentias, ni fallor, quanta gravitate novae demum strophae initio insigni nautarum virtute in libertatem vindicata dicatur insula illa, cuius salus iam in summum periculum atque discrimen vocabatur. etiam eo offendo, quod virtus nautarum, quam praedicaturus est poeta, disertis quidem verbis expressa non est, atque Dissenius quidem, naturali quodam sensu ductus, virtutem illam bellicam in interpretationem suam ingessit, cum poeta nihil habeat nisi ναύταις. quibus de causis construendum esse arbitror: Σαλαμὶς πόλις Αἴαντος μαρτυρήσαι κεν ὀρθωθεῖσα ἐν Ἄρει ναύταις ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ. quidni Salamis erecta dicitur in Marte, id est, virtute bellica nautarum. ut interpretationem hanc, quae primo aspectu mira videri poterit, paucis defendam, iam nemo est, quin concedat, quo iure poeta dixerit πάτραν καπνωθεῖσαν ἐν Ἄρει, eodum eum nunc dicere potuisse ὀρθωθεῖσα ἐν Ἄρει, quod vero ἐν Ἄρει ναύταις construendum esse dico, in dativo isto per σχῆμα κολοφώνιον cum nomine construendo nulla iusta erit dubitatio, quoniam ad eum commendandum atque comprobandum multa adferri possunt. conferas modo quaeso apud Pindarum N. VII. 85. Αἰακὸν ἑᾷ μὲν πολίαρχον εὐωνύμῳ πάτρᾳ. Ol. XIII. 54. Μήδειαν ναῖ σώτειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις. Ol. VI. 4. εἰ δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας. Ol. IX. 83. τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις.*) videbuntur fortasse, quae per istam figuram coniungi volo ei, qui Pindaricae orationis minus peritus est, audacius traiecta, quam quae sic accipi possint, at nonne in his ipsis nomen Σαλαμίς ab iis, quibuscum artissime cohaeret, mire seiunctum legitur? nonne praeclarissimus ex mea explicatione verborum fit ordo, cum voces ἐν Ἄρει et ναύταις, quibus sententiae summa continetur, circumscribant atque, ut ita dicam, in medium recipiant omnem enuntiationem, nisi quod grandis illa et miraculosa periculi imminentis descriptio in insequentis strophae initium reiecta est?**)

J. V. 1—7. Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου
δεύτερον κρητῆρα Μοισαίων μελέων
κίρναμεν Λάμπωνος εὐάθλου γενεᾶς ὕπερ, ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον,
ὦ Ζεῦ,

*) Non est, quod fusius de huius figurae usu apud Pindarum disseram, apparet vero eam maximopere commendari poetae perspicuae et ponderosae orationis studiosissimo, nam quae primitiva et naturalis radici nominis subfuit agendi et efficiendi significatio, videtur ea quodammodo, cum in nomine ex radice formato iam fere delituerit, per hanc figuram esse renata.

**) ne haec quidem descriptio neque a Dissenio neque a Schmidtio recte explicata est. etenim ὄμβρος definitur haud dubie addito adiectivo χαλαζάεις, cuius quidem vis denuo dativo φόνῳ determinatur. scilicet non vera grandine illud, quod ὄμβρος vocatur, constabat, sed innumerorum hominum caede (Verderbliches, Männermord hagelndes Ungewitter des Zeus.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τίν γ' ἄωτον δεξαμένου *) στεφάνων
5. νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νυκῶντος.

versu 5. praepositio ἐν, quae libris omnibus tradita est scholiisque confirmata (p. 545 νῦν δὲ νικήσαντος ἐν Ἰσθμῷ) ab omnibus nostrae aetatis editoribus communi sententia removetur, quam cur in his ferendam negarent, ne intellegerem quidem (poeta enim hoc loco multo minus quam plurimis aliis a recepta consuetudine sermonis graeci recedere videtur) nisi viderem perperam eos dativum δεσπότᾳ ab eo verbo, quod praecedit, κίρναμεν, fecisse pendentem. haec vero est, si quid video, huius prooemii ratio: „Miscemus nunc florente virorum sicuti convivio alterum craterem Musarum pro Lamponis certamine strenua progenie" summa haec sententia duobus genitivis absolutis additis explicatur: ut enim in priore membro est: ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον, ὦ Ζεῦ, τίν γ' ἄωτον δεξαμένου στεφάνων (scilicet αὐτοῦ) ita in altero: νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα παίδων ὁπλοτάτου Φυλακίδα νικῶντος. dicitur ille νικᾷν ἐν δεσπότᾳ, nam penes Neptunum est victoria, in illo est ea quodammodo posita. vel vernacule dixeris: er siegt in Gott. conferas:

N. VII. 90. ἐν τίν κ' ἐθέλοι, Γίγαντας ὃς ἐδάμασας, εὐτυχῶς
ναίειν πατρὶ Σωγένης ἀταλὸν ἀμφέπων
θυμόν.

ita in Aiace Sophocleo ἔν σοι πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι et Herodotus VIII. 100. οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσῃσι δεδήληται τῶν πρηγμάτων.

Habes porro complura exempla, ubi praepositione ἐν ea causae ratio redditur, quam latine praepositione propter expresseris.

J. I, 57. προσειπεῖν τὸν Μινύα τε μυχόν
καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα καὶ Εὔβοιαν ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.

ubi rectissime scholiasta: διὰ τοὺς δρόμους καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας.

v. 34. γαρύσομαι τοῦδ' ἀνδρὸς ἐν τιμαῖσιν ἀγακλέα τὰν Ἀσωποδώρου πατρὸς αἶσαν.

(felicem propter honores huius viri sortem patris)

N. III. 32. παλαιαῖσι δ' ἐν ἀρεταῖς
γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ.

(laetatur in priscis virtutibus h. e. priscis virtutibus)

*) Ita haud dubie cum Heimsoetho legendum est, disiungitur enim in his aperte poeta, qui miscet craterem, a victore, cui miscetur, hic autem solus potest dici accepisse coronam a Jove. neque vero particula γε a Pauvio interpolata non retinenda est, quoad Mommsenus, qui scribit: τὶν ἄωτον δεξάμενοι demonstraverit pronomen τιν pro longa syllaba in arsi eiusmodi dipodiae trochaicae esse posse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ol. I. 93. τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις.
Πέλοπος· ἕνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται

ubi haud scio an contorta verborum collocatione Boeckhius et Dissenius adducti sint, ut pessime iungerent κλέος τῶν Ὀλυμπιάδων, tum δρόμοις Πέλοπος. noli vero dubitare. quin construendum sit: τὸ κλέος Πέλοπος δέδορκε ἐν δρόμοις Ὀλυμπιάδων. Celeberrimus Pelops exstitit per cursus Olympicos. illius gloria agitur toto loco, ad eam efferendam laudibus pertinent omnia: cepit ille quidem Hippodamiam virtute sua, mox genuit sex filios insigni virtute plaeclaros, divinorum honorum particeps factus est τόμβον ἀμφίπολον ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ gloriaque eius late patet per certamina Olympica, quae postquam paucissimis descripsit, adiri ea dicit poeta, propterea quod, qui vicerit, habeat εὐδίαν μελιτόεσσαν τὸν λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον, quo aptissimus transitus paratur ad Hieronem victorem praedicandum. haec omnia corruunt, si cum Boeckhio κλέος Ὀλυμπιάδων et δρόμοις Πέλοπος iungis.

Fit etiam, ut praepositione ἐν ea ratio indicetur, quae vulgo praepositione κατὰ sequente accusativo (Latinis secundum) exprimitur. poterat autem ἐν facillime hanc vim induere, quippe qua re quid dicatur inclusum esse, ei non possit aut non soleat esse contrarium. atque ἐν δίκᾳ apud alios occurrit, apud Pindarum Ol. II. 16. Ol. VI. 12. P. IV. 13. P. V. 13. N. V. 14. ita P. I. 62. Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων ἐν νόμοις ἔκτισσε πόλιν. N. X. 27. ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ.

Quae viam munient ad recte intellegendum

P. II. 43. οὔτ' ἐν ἀνδράσι γερασφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις.

ad quae Boeckhio Dissenio auctoribus Schneidewinus pag. 206. „Neque apud homines neque apud deos honoratum, verba ἐν θεῶν νόμοις h. e., ubi deorum leges et instituta valent, dicta pro sedibus deorum.“ at quibus honoribus sive apud homines sive apud deos affecta sit mira illa progenies, quid ad rem? singulari vero et nova natura illam fingi a Pindaro apparet ex praecedentibus: μόνα καὶ μόνον, unicum monstrum dicit ille nebula illa partum, quod neque humanae neque divinae naturae bona tulerit, hoc est: humana atque divina natura aeque alienum. sic iam veteres scholiastae rectissime, quos etiam hoc loco nostrates immerito neglexerunt. οὔτ' ἐν ἀνθρώποις γέρας ἀποφερόμενον ὅ ἐστι τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ξένον ὄντα. οὔτ' ἐν τοῖς τῶν θεῶν νόμοις τιμώμενον. ἐκ δὲ τούτου πάλιν οὐδὲ θεοῖς ὅμοιον et in codice Gott. τὸν οὔτε τῆς τῶν ἀνθρώπων μετέχοντα φύσεως οὔτε τῆς τῶν θεῶν.

Ol. II. 68. seq. ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐστρίς
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν . . . . .

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

. . . . . .

75. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος*)

P. IV. 59. ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυμνάστου, σὲ δ' ἐν τούτῳ λόγῳ
χρησμὸς ὤρθωσεν μελίσσας Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ

ex oraculo illo.

Ol. VII. 68. τελεύτασαν δὲ λόγων κορυφαί
ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.

exitum habuerunt praeclara illa verba, quae in veritate, hoc est, ex veritate, (verae) ceciderant. Bosslerus contra pag. 23: „perficiebantur verborum vertices, cum in veritatem inciderant“ propterea quod ex ea explicatione, quam proposui, verbis ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι idem dictum esse ei videtur, ac verbis τελεύτασαν λόγων κορυφαί. minime vero, nisi forte „eventum habere“ idem est, atque „vere praedicere.“

J. IV. 53. ἐν δ' ἐρατεινῷ
μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι.

quae Boeckhius sic interpretatur: „Amabili vero melle tinctum etiam talia decora victoriale ornamentum laetum amant“ ita Dissenius: „dulci vero melle tinctum etiam hymnum“ iungunt igitur praeclarissimi illi viri et quasi pro una notione habent: καλλίνικον χάρμ' ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι. et Dissenius quidem addit: „cur autem praeponenda fuerint verba ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι, satis docet interpretatio nostra.“ nescio an quemquam docuerit, mihi vero stat non adsequi, quid poeta voluerit, qui χάρμα ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι coniungendum esse arbitrentur, neque dubito, quin dudum exstet in scholiis rectissima interpretatio: αἱ τῶν νικηφόρων τιμαὶ τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ἀγαπῶσιν ὡς μέλι καὶ φιλοῦσιν, οἷον ὡς ἐν μέλιτι γλυκύτης ἐστὶν οὕτω καὶ τοῖς νικῶσιν αἱ ἐπινίκιοι ᾠδαί. (Nach Art des lieblichen Honigs d. h. gemäss, gleich wie lieblichen Honig lieben auch solche Ehren schöne Siegesfreude.)

5. In usu praepositionis σύν Pindarus non diverse a consuetudine sermonis graeci discedit, immo multa minus singularia Homerique et tragicorum haud secus propria videntur. ad normam formulae pervulgatae: σὺν θεῷ, σὺν θεοῖς. dicuntur haec:

---

*) Boeckhius, Dissenius, alii versum 75 ad proxime praegressa referunt:
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ κεφαλάς.
At nonne minus aptum videtur Pindarum facere dicentem ex iustissima sententia Rhadamanthi, quem Saturnus sibi sumpsit assessorem, coronas eos nectere, qui beatorum insulas incolant? quid? gravissima illa in fine posita determinatio: ἐν βουλαῖς ὀρθαῖς etc. cuius vis augetur enuntiato relativo illo, ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖμον αὐτῷ παρέδρον, augetur loco, quem obtinet initio epodi, certe non suam habet rationem, nisi ad summam sententiae refertur: ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν, ita ut beatorum vitae descriptio, quae v. 70—74. continetur, quasi per parenthesin adiecta sit: Qui ter sine culpa vitam degit, ascendit in arcem Saturni omnium rerum praepotentis ex iustissima sententia Rhadamanthi, quem ille sibi ascivit assessorem. ita haec optime sese habent, summa enim vi et gravitate significatur tantos iudices non falli nullamque esse spem veniae ab eis impetrandae.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ol. IX. 26. εἰ σύν τινι μοιριδίᾳ παλάμᾳ Χαρίτων νέμομαι κᾶπον.
P. IV. 51. σὺν τιμᾷ θεῶν νᾶσον ἐλθόντες.
P. IV. 260. σὺν θεῶν τιμαῖς.
Ol. XIV. 16. σὺν τύχᾳ πότμου.
N. V. 48. σὺν θεοῦ τύχᾳ.
P. II. 56. σὺν τύχᾳ πότμου.
Ol. II. 18. λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.

Ut in his exemplis praesentia deorum vel fortunae aliquid perfectum esse dicitur praepositione σύν, cui primitus una communionis notio subest, ita universe ratio et instrumentum, quo quid conficitur, praesentia sua fingitur efficiens ea quae fiunt:

N. X. 48. σὺν ποδῶν χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.
P. XI. 48. σὺν ἵπποις.
P. IX. 115. διακρῖναι σὺν ἀέθλοις ποδῶν
P. XI. 36. ἀλλὰ χρονίῳ σὺν Ἄρει πέφνεν ματέρα
Ol. II. 42. Ἐρίνυος ἔπεφνε οἱ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήϊον.
P. XII. 21. P. IV. 267. Ol. X. 4. P. VIII. 73.*)

Non poteris haec nisi ablativo absoluto in sermonem latinum convertere, colorem orationis nulla interpretatione reddes.

Ut laudes victoriae, quod supra diximus, verbis instrumentisve musicis per praepositionem ἐν finguntur inclusae, ita praepositione σύν usurpata gloria victoris dicitur prodire vocis cantusque praesentia.

N. IX. 49. σὺν ἀοιδᾷ αὔξεται
N. VIII. 16. σὺν ἀοιδαῖς
P. X. 57. θαητὸν θησέμεν σὺν ἀοιδαῖς
N. IX. 49. νεοθαλὴς δ' αὔξεται μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ

---

*) Trahent huc etiam:

J. IV. 35 . . . . . τοὶ (Αἰακοῦ παῖδες) καὶ σὺν μάχαις
δὶς πόλιν Τρώων πράθον ἑσπόμενοι
Ἡρακλῆϊ πρότερον,
καὶ σὺν Ἀτρείδαις.

qui in hac lectione omnibus libris tradita non offendunt. est vero, quod displiceat in coniunctis σὺν μάχαις καὶ σὺν Ἀτρείδαις, neque ita legisse videntur scholiastae, qui pag. 541. explicant: ἀλλ' ἐν τῇ Αἰγίνῃ οἱ μεγαλόψυχοι καὶ ἀνδρεῖοι τρόποι τῶν Αἰακοῦ παίδων ἀνυμνοῦνται καὶ τιμιώτατοι τυγχάνουσιν οἵτινες ταῖς ἑαυτῶν συμμαχίαις τὴν τῶν Τρώων ἐπόρθησαν πόλιν, τὸ μὲν πρότερον συστρατεύσαντες Ἡρακλεῖ etc. sic interpretantibus suspicor sub oculis fuisse: καὶ συμμάχαις δὶς πόλιν Τρώων πράθον. nam si alio loco συμμάχα non legitur, poterat Pindarus, qui tot novas voces composuit, etiam συμμάχα audere, universi certe loci conformatio ita fit aptissima: Auxilio suo (συμμάχαις) illi bis everterunt Troiam, atque primum quidem, ἑσπόμενοι Ἡρακλῆϊ, tum iterum σὺν Ἀτρείδαις, quae membrorum discrepantia maxime ex Pindaricae orationis consuetudine est.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

J. VI. 20. κώμαζ' ἔπειτεν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
καὶ Στρεψιάδᾳ.

Praepositionem ἀμφί in nonnullis exemplis insolenter ad tempus translatam vidimus, eadem ratione σύν plurimis locis singulari Pindarique propria vi de tempore dictum reperimus.

Ol. XI. 56. ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν
ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε καὶ πενταετηρίδ' ὅπως ἄρα
ἔστασεν ἑορτὰν σὺν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ
νικαφορίαισί τε.

ad quae scholiastae rectissime: τουτέστιν ἐν τῇ πρώτῃ ἑορτῇ καὶ ἐν ταῖς πρώταις δηλονότι νικηφορίαις ἤ νίκαις.

P. VIII. 7. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὁμῶς
ἐπίστασαι καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.

P. XI. 10. κελαδήσετ' ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ

frag. 88. χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι
θυμέ, σὺν ἁλικίᾳ.

N. XI. 44. πόνοι, οἳ σὺν νεότατι γένωνται σύν τε δίκᾳ

datur determinatio temporis etiam in his:

N. II. 24. τὸν, ὦ πολῖται, κωμάξατε Τιμοδήμῳ σὺν εὐκλεῖ νόστῳ.

P. IV. 9. καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαιθ'
ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ Θήραιον.

P. I. 37. λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοισί νιν ἵπποις τε κλυτάν
καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.

In finitima praepositione μετά usurpanda Pindarus usum Homericum a tragicis receptum sequitur, ut vix quidquam eius proprii notandum sit, nisi quod N. VI. 6.

καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας ἄμμε πότμος
οἷαν τίν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

μετά cum accusativo singulariter de tempore dictum legitur. nam μετὰ νύκτας haud dubie in his sibi vult: inter noctem, noctu, ad normam usitatae formulae μεθ' ἡμέραν, quod ex opposito ἐφαμερίαν luce clarius fit.*)

6. Praepositio ὑπό, quae, cum genitivo constructa, postea maxime a principali significatione sua discessit, apud Pindarum ex usu Homerico plerumque ita exstat, ut naturalis vis subtrahendi et submovendi ex aliquo loco retineatur.**)

*) Bosslerus (pag. 51) Bernhardium (Griechische Syntax p. 254) secutus non recte: „post initium noctis" insequentis enim temporis notio, quae postea invaluit, omnino removenda atque in primitiva coniunctionis et communionis vi, quam Homerus etiam accusativo sequente aliquotiens retinet, adquiescendum. conf. Jl. IV. 24. βουλῇ μετὰ πάντας ὁμήλικας ἔπλεν ἄριστος.

**) Tamen ea vi, qua postea pervulgata est, legitur N. II. 19. Κορινθίων ὑπὸ φωτῶν στεφάνοις ἔμιχθεν. Ol. II. 19. ἑσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

N. I. 35. σπλάγχνων ὕπο ματέρος μόλεν.

Ol. VI. 43. ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠδῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος.

P. XI. 18. τὸν Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας χειρῶν ὕπο κρατερᾶν ἄνελε (unter den starken Händen weg)

P. IX. 61. ἀνελὼν φίλας ὑπὸ ματέρος οἴσει. (εὐθρόνοις Ὥραισι.)

quae si quis contulerit, ne dubitabit quidem, quin Mommsenus rectissime viderit Ol. V. 14. ex antiquis libris restituendum esse: ὑπό.*)

ὑπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος τόνδε δᾶμον ἀστῶν. praeclarissime enim dicuntur cives opera eius „quasi e profundo inopiae gremio emersisse." vulgata lectio ἀπό librariis, qui exquisitiora et minus pervulgata fugerunt, debetur aperte.

Primitivam vim versandi sub aliqua re habes dativo sequente. N. X. 56. J. VII. 20. P. XII. 9. aliis locis. ex communi Graecorum usu est: Ol. VI. 77. ὑπὸ Κυλλάνας ὄροις ναιετάοντες. item P. I. 64. ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες. N. VI. 46. Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν. quo usu planities, quae monti circumfusa est, ei quasi subiecta esse dicitur.

Ita cum accusativo:

P. X. 15. ἔθηκε καὶ βαθυλείμων' ὑπὸ Κίῤῥας ἀγών
πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν.

ubi tamen, quae est verborum collocatio, genitivum Κίῤῥας potius ab accusativo πέτραν, quam, quod Boeckhio placuit, a subiecto ἀγών pendere statuerim. exquisitius eodem sensu ὑπό etiam cum genitivo coniunctum occurrit:

Ol. XIII. 112. Ταὶ δ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου καλλίπλουτοι
πόλιες.

urbes divitiis florentes, quae sub Aetnam altiiugam patent. (sich hinerstrecken unter)

Ol. II. 83. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας.

fingas tibi pharetram sinistro lateri ita suspensam, ut summae sagittae fere sub cubito versentur. (unter dem Ellenbogen hin.)

Quibus certis exemplis si constat Pindarum semel accusativum, bis genitivum admisisse, ubi dativum potius exspectaveris, nihil novi quaerendum est Ol. VI. 40. λόχμας ὑπὸ κυανέας τίκτε θεόφρονα κοῦρον. „sub obscurum dumetum porrecta peperit divinae mentis puerum" haec enim est lectio omnibus uno Ambrosiano**) excepto libris tradita, scholiis antiquis confirmata, qua Mommsenus adquiescere, neque nimio Ambrosiani sui studio

*) Christ (Lipsiae 1869) et Bergk ne hoc quidem viderunt. retinet enim uterque ἀπό.

**) Haud dubie Mommsenus nimis favet Ambrosiano codici ab ipso a. 1861 Mediolani invento, in quo tamen plurima sunt et vitia et vestigia manus consulto corrigentis, velut Ol. VI. 10., 40., 53., 59., Ol. IX. 8. Ol. VII. 5., 12., 27., 98.

Conf. Grumme: de lectionibus Pindaricis nuper a T. Mommseno prolatis. Bielefeld 1866.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

abreptus apertam correctionem librarii Pindaricae orationis parum periti temere in textum recipere debebat.

Non minus aperte lapsus est ille in altero loco:

Ol. XI. 30. λόχμαισι δὲ δοκεύσαις ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε καὶ κείνους Ἡρακλέης.

ubi mirabiliter construit: ὑπὸ λόχμαισιν Κλεωνᾶν. cum luce clarius sit velle poetam: In condensis vero saltibus speculatus infra Cleonas (saltibus qui sub Cleonis patebant) quae urbs Strabone auctore (VIII. 6.) ἐπὶ λόφου: in colle posita erat.

Etsi in omnibus his exemplis notionem directionis cogitatione non perspicue nobis fingimus, quoddam tamen genus motus potest certe sentiri, neque intellego, cur hoc in duobus ultimo loco adlatis minus fieri posse Mommseno visum sit.

Ad Homericarum formularum normam: ὑπὸ χερσὶν δαμῆναι, ὑπό τινι θανεεῖν, οἱ ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας (Il. IX. 156.) habes apud Pindarum: frag. 10. κείνων λυθέντων σαῖς ὑπὸ χερσὶν, ἄναξ P. III. 10. δαμεῖσα χρυσέοις τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος. ubi construendum est: ὑπὸ χρυσέοις τόξοισιν Ἀρτέμιδος.

ita: N. I. 68. βελέων ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνου φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν,

fortasse iam minus ex consuetudine orationis Homericae haec:

Ol. XI. 36. οὐ πολλὸν ἴδε πατρίδα πολυκτέανον ὑπὸ στερεῷ πυρί
πλαγαῖς τε σιδάρου βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας
ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
(Unter der Wucht des Feuers.)

N. IX. 33. αἰδὼς γὰρ ὑπὸ κρύφα κέρδει κλέπτεται.

ubi male intellexerit poetam, qui praepositonem ὑπό per tmesin figuram a verbo κλέπτεται disiunctam esse statuerit. neque magis

N. VII. 18. οὐδ' ὑπὸ κέρδει βλάβεν

per tmesin construenda, sed ex analogia eorum locorum, quos iam laudavimus, discendum est voluisse poetam, quo ponderosior, gravior magisque, ut ita dicam, plastica fieret oratio, praepositionem praeter consuetudinem cum nomine coniunctam propriam suam vim retinere.*)

Quae exempla me adducunt, ut eandem vim praepositionis ὑπό, ex ea quidem interpretatione, quam iam propositurus sum, agnoscam in his:

N. VIII. 28. ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δάοισιν ἐν θερμῷ χροΐ
ἕλκεα ῥῆξαν πολεμιζόμενοι
ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ.

haec enim lectio libris tradita est et scholiis confirmata: (p. 489) πολεμιζόμενοι δὲ ἀντὶ τοῦ πολεμίζοντες ἐνεργητικοῦ καὶ διακονοῦντες: etsi Aristarchus fortasse aliter legit: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτως· ἀνόμοια πλήγματα τοῖς πολεμίοις ὅ τε Ὀδυσσεὺς καὶ ὁ Αἴας ὑπὸ ἀλεξιμ-

*) Confer pag. 31 seq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

βρότου λόγχης κινούμενοι. hoc scholion non integrum esse manifestum est, ex manca autem ista circumlocutione vix eruas, quid ille legerit et quomodo interpretatus sit. nihilo secius ab isto: ὑπὸ ἀλεξιμβρότου λόγχης κινούμενοι profectus, Wakefield. Silv. Crit. I. pag. 79 coniecit: πελεμιζόμενοι, quod Boeckhius probavit, post eum editores omnes receperunt. ad commendandam hanc coniecturam adfert ille Eustat. ad Iliad. p. 386. πελεμίζειν πολλαχοῦ παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ κινεῖν ἢ μετακινεῖν, monet porro tam ignotum verbum πελεμίζειν librariis fuisse, ut vel apud Hesychium, ubi ordo litterarum ab errore defendere poterat, pro πελεμίζειν et πελεμίχθη scriberetur olim πολεμίζειν et πολεμίχθη. attamen, (etsi quam facile haec verba confunderentur, ne oportebat quidem argumentis firmare) vide ne illud πελεμιζόμενοι, quod coniectura inventum est, huius loci naturae minus conveniat. πελεμίζεσθαι enim est trepidare, contremiscere, percussum esse. quid vero? si quis id agit, ut cuius egregiam virtutem summis laudibus efferat, num ita eum praedicabit, ut, quamvis fortiter pugnantem, hostium hastis eum repulsum, ut sub infestis telis eum dicat trepidasse? iam πολεμιζόμενοι ὑπὸ λόγχᾳ non apte dici posse a Boeckhio rectissime monitum est. at nihil obstat, ne construas ἕλκεα ῥῆξαν ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ. ἡ μὰν ἀνόμοιά γε δόροισιν ἕλκεα ῥῆξαν ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ πολεμιζόμενοι: „dissimilia profecto vulnera defensante sua hasta ruperunt in proelio.“ verborum quidem ordine non repugnante haec ita coniungi concedet, qui vel extremis, ut dicunt, digitis Pindarum attigit, Pindaricae autem atque Homericae orationis consuetudini non esse contrariam locutionem: ἕλκεα ῥῆξαν ὑπὸ λόγχᾳ exemplis supra adlatis demonstratum est. Medium denique πολεμίζεσθαι, etsi vi Activi alio loco non legitur, potest per se explicari et defenditur analogia aliorum Mediorum, quae praeter usum vulgarem apud Pindarum et apud Homerum pro Activis usurpantur, qua de re bene Friederichs: (Pindarische Studien pag. 50). „In Pindars Sprache ist wie bei Homer Medium und Activum noch nicht so streng geschieden, er gebraucht von vielen transitiven und intransitiven Verben, wie ἰδεῖν, ἐρίζειν, καλεῖν, κτίζειν, μέλπειν, πειρᾶν, φέρειν Activ und Medium abwechselnd, ohne dass ein Bedeutungsunterschied ersichtlich wäre.“ eis locis, quos is, ut hoc probaret, attulit, addo P. VII. 6. ὀνομάζομαι P. IV. 133. παρεκοινᾶτο λόγον. N. III. 13. κοινάσομαι N. III. 26. ἐμὸν πλόον παραμείβεαι: idem atque παραμείβεις.

P. VIII. 76. τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται· δαίμων δὲ παρίσχει
ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
μέτρῳ καταβαίνει.

quae Boeckhius interpretatur: „alias alium sursum attollens, alium autem supter manuum mensuram deprimit“ ita etiam Dissenius pag. 314. quae vero haec est imago! num Pindari gravitate magnificaque ea, quam animo informaverat de vi atque natura deorum, notione dignum fingere Deum infra manum suam deprimentem eos, quorum animos vult deprimere? at dudum, ni fallor, rectissima explicatio exstat in scholiis: χειρῶν μέτρα περιφραστικῶς

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

περὶ τὰς χεῖρας ἀντὶ τοῦ· τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ. χειρῶν μέτρον*) h. e. plena mensura manuum, scilicet: ingentes manus. (Er drückt sie nieder durch das Maass seiner gewaltigen Hand) praeclare ita fingitur Deus ingenti manu insignis.

Quod grammatici docent, praepositionem ὑπό cum dativo constructam indicandis eis rebus inservire, quibuscum actio verbi coniuncta esse dicitur et quod defendunt dictionibus velut: ὑπὸ πνοῇ πλεῖν et ὑπ' αὐλῷ ὀρχεῖσθαι**) ita intellegendum est, ut actio navigandi et saltandi imperio venti aut musices subiecta et quodammodo eo recta fingatur.

sic Pindarus paulo insolentius:

N. VII. 84. λέγοντι γὰρ Αἰακόν νιν ὑπὸ ματροδόκοις
γοναῖς φυτεῦσαι. (vis genitalis ope)

frag. 48. αἰθομένα δὲ δᾷς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις, ad quae Boeckhius: „ardens fax inter fulvas taedas.“ ita tamen haec accipienda, ut πεῦκαι, quae sunt pini, arbores, grandiores et potiores taedae esse videantur, quibus δᾷδες quasi subditae finguntur. nec dissimile, quod est J. V. 44. εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις λίσσομαι. precor sub sanctis precibus, ut verba pronuntiata dicantur recta et gubernata illis εὐχαῖς θεσπεσίαις.

Eundem denique usum praepositionis ὑπό agnosco Ol. V. 4. seq. quo in loco explicando facere non possum, quin ab omnibus nostrae aetatis interpretibus recedam:

ὃς τὰν σὰν πόλιν αὔξων, Καμάρινα, λαοτρόφον
βωμοὺς ἐξ διδύμους ἐγέραρεν ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις
ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμπταμέροις ἁμίλλαις,
ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε.

horum versuum interpretationes, quae auctorum nomine praeclarissimo commendantur, apud Friederichsum (Pindarische Studien pag. 15) habes collectas. atque Boeckhius quidem, cuius interpretatio prae reliquis placet, adsentiente Mommseno verba: ὑπὸ βουθυσίαις ἀέθλων τε πεμπταμέροις ἁμίλλαις, quippe illae harum causa sint factae coniuncta esse statuit, ut per figuram ἓν διὰ δυοῖν fere eodem sensu, quo βουθυσίαις ἁμιλλῶν dici poterat, accipienda sint, dativos autem ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε ab ἁμίλλαις ita suspensos esse iudicat, ut casu recto dicendum fuerit: ἅμιλλαι ἵπποις ἡμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε. non negarem equidem per se ita construi posse, (quamvis haec diversa dativorum ratio dura videatur) ni certis testimoniis staret (Conf. Boeckh. explicationes ad Ol. V. pag. 148) cursus equestres et mulares non per quinque dies esse perductos. necessario vero hoc sequi ex Boeckhiana

---

*) De voce μέτρον ita usurpata confer Od. XV. 217 μέγας ἔσσι καὶ ὕβρης μέτρον ἱκάνεις. Plut. Sol. 5. 32. σοφίης μέτρον. similia.

**) Eandem vim praepositionis ὑπό cum genitivo ex communi usu habes.
Ol. VII 13. καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων σὺν Διαγόρᾳ κατέβα.
Ol. IV. 2. τεαὶ γὰρ Ὧραι
ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interpretatione rectissime Friederichs intellexit, quod tamen arbitratur obstantibus reliquis testimoniis effici posse ex hoc loco dubii intellectus, ut certamina equestria revera per quinque dies facta sint, haud scio an quisquam ei adsentiatur. quae cum ita sint, miror, quod nemo interpretum in his angustiis a veteribus scholiastis auxilium petiverit, praesertim cum exstare in scholiis veriorem certe explicationem certum esse mihi videatur: Conf. pag. 119. ὅστις ὁ Ψαῦμις ἐν ταῖς μεγίσταις ἑορταῖς τῶν θεῶν καὶ ἐν ταῖς τῶν ἄθλων ἁμίλλαις ταῖς πεμπταμέροις ἤγουν τοῖς διὰ πέντε ἡμερῶν γενομένοις Ὀλυμπίοις αὔξων καὶ δοξάζων τὴν σὴν λαοτρόφον Καμάριναν πόλιν, ὦ νύμφη, ἐν ἵπποις καὶ τετρώρῳ καὶ ἐν ἡμιόνοις καὶ ἀπήνῃ καὶ ἐν μοναμπυκίᾳ καὶ μονοχαλίνῳ κέλητι ἐγέραρεν ὑπὸ βουθυσίαις τοὺς βωμούς et quae sequuntur. dubium non est, collatis eis, quae supra laudavimus, exemplis, quin Pindaricum sit: ἐγέραρεν βωμοὺς ὑπὸ βουθυσίαις (vermittelst) eaque mihi videtur esse huius loci natura, ut, quae sacrificia in aris fierent, verbis dici necesse fuerit. quod si verum est, sequitur, ut dativorum: ἀέθλων πεμπταμέροις ἁμίλλαις et βουθυσίαις, diversa sit ratio, siquidem arae certaminibus honoratae dici non possunt. videntur illi certe, si verborum collocationem spectas, eadem ratione a praepositione ὑπό pendere, adeo tamen dispar est utriusque membri natura, ut diversa ea ratio facile potuerit ab audientibus sentiri. quid multa? coniungas quaeso: ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις *et* ἀέθλων πεμπταμέροις ἁμίλλαις, quae si loco distant, cohaerent affini sua significatione, certamina enim illa ipsi sunt deorum dies festi. et si Pindarus scripsisset: ἐγέραρεν ὑπὸ βουθυσίαις ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις πεμπταμέροις τ' ἁμίλλαις. nemo vel nostratium non intellexisset, quid poeta sibi voluisset. at pulcherrima haec est et omni ex parte Pindarica verborum traiectio, etenim priusquam plene expressa est notio celebrandi, celerrimo cogitationum volatu iam subrepit determinatio loci: ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις. mox, quod antea, alarum motu celerius provectus, oblitus erat, addit: ὑπὸ βουθυσίαις. sicut igitur verbum ἐγέραρεν definitur adiuncta determinatione ὑπὸ βουθυσίαις, ita dativus ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις explicatur insequenti additamento: ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις, dativos autem ἵπποις, ἡμιόνοις, μοναμπυκίᾳ, referendos arbitror ad participium αὔξων hoc sensu: „qui ad summam gloriam perduxit urbem suam quadriga, mularum rheda, equo singulari.“ et pulcherrime quidem ita reliqua eis verbis circumscribuntur, quae rem ipsam causamquae gloriae victoris imprimis continent, eoque maiore vi dativi: ἵπποις ἡμιόνοις μοναμπυκίᾳ τε initio epodi praeter exspectationem incidunt, quod fine antistrophae facto poterat enuntiatum iam omnibus numeris videri perfectum atque absolutum.

7. De praepositione ἀνά vix quidquam monendum est, nisi quod Pindarus eam accusativo sequente eo usu, quem iam in aliis praepositionibus saepius notavimus, ita usurpat, ut notio porrigendi et per locum patendi debilitata sit dativusque potius quam accusativus loci naturae convenire videatur.*)

---

*) De praepositione ἀνά Herrmannus egregie egit in epistula Spitznero scripta. Opusc. V. pag. 31.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

J. VI. 34. P. XI. 52. J. II. 27. N. VIII. 12. J. VII. 63. N. VI. 42. denique N. IX. 33.

Χρομίῳ κεν ὑπασπίζων παρὰ πεζοβόαις ἵπποις τε ναῶν τ' ἐν μάχαις
ἔκρινας ἂν κίνδυνον ὀξείας ἀϋτᾶς,
οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κρίνα θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ θυμόν. etc.

ad quem locum Kayserus*) dubitanter notavit: videtur ἄν esse praepositio." consideratis similibus exemplis, quae attulimus, nemo non ita accipiet, noli tamen cum Kaysero supplere obiectum Χρόμιον, sed obiectum verbi fac enuntiatum: οὕνεκεν ἐν πολέμῳ et. q. s. miror quod ante Rauchensteinium**) hanc esse huius loci conformationem nemo intellexit, praesertim cum et particula κεν et locutio: κρίνειν πόλεμον iustam offensionem adferre deberet.

Ita κατά cum accusativo eadem fere vi:

Ol. IX. 86. ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίνθου πόλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι
ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρμόστῳ κατὰ κόλπον.

P. I. 72. λίσσομαι νεῦσον, Κρονίων, ἄμερον
ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοίνιξ ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς ἔχῃ . . ,

precor, ut Phoenicius Tyrrhenorumque tumultus placide domi maneant. κατ' οἶκον enim est οἴκοι. iniuriaque Boeckhius, alii interpretes praepositionem per tmesin a verbo seiunctam statuunt.

J. V. 7. εἴη δὲ τρίτον
σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμπίῳ Αἴγιναν κάτα
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

Sic et metri et sententiae causa disiungendum esse quod traditum est, κατασπένδειν Boeckhius in notis criticis docuit et persuasit omnibus ita scribendum esse, etsi Dissenius quidem invitum se metri necessitati obtemperare ingenue confitetur. Heimsoethus autem***) perperam intellegit: κατὰ Αἴγιναν: auf Aegina herab, quod nulla analogia neque apud Pindarum neque apud alios commendatur. est vero κατὰ Αἴγιναν, quod ex exemplis adlatis apparet, nihil aliud nisi *in* Aegina. „Liceat nobis tertium Servatori apparantes Olympio libare melisonis carminibus in Aegina." at quid hoc sibi vult additamentum: *in Aegina?* — tecte, si quid video, et circumspecte Olympicae victoriae spem poeta denotat aut praesignificat, in animo habet: liceat nobis propter Olympicam Phylacidae Aeginetae victoriam referentibus gratiam Jovi Servatori tertiam libationem offerre," noluit tamen aperte hoc dicere, noluit pro pietate sua et reverentia deorum, in quibus scit posita esse humana omnia, noluit, ne

*) Lectiones Pindaricae pag. 86.
**) Commentationum Pindaricarum part I. 27.
***) Addenda et Corrigenda in commentariis Pindari pag. 69.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nimia fiducia invidiam providentiae divinae suscitaret, summae felicitatis fastigii spem diserte et confidenter pronuntiare.

Praepositio ἀνά sequente accusativo eadem licentia de tempore dicta legitur.

P. XI. 57. μέλανα δ' ἀν' ἐσχατιάν
καλλίονα θάνατον σχήσει,

tum pro vulgari πρός vel ἐπί insolenter usurpata exstat:

J. IV. 23. εἰ δὲ τέτραπται
θεοδότων ἔργων κέλευθον ἄν καθαράν.

fortasse etiam frag. 158 πρῶτον μὲν Ἀλκμήνας σὺν υἱῷ Τρώϊον ἄμ πεδίον (ita enim emendavit Boeckhius summa probabilitate quod traditum est ἀμ' πέδιλα) καὶ μετὰ ζωστῆρας Ἀμαζόνος ἦλθεν. quibus in exemplis nixus non dubito, quin retinenda sit tradita lectio.

P. IV. 258. καὶ Λακεδαιμονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
ἤθεσιν ἄν ποτε Καλλίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
νᾶσον.

et miror, quod omnes editores*) alia hic quaerenda esse putarunt, quoniam usus singularis praepositionis ἀνά pro ἐπί tribus his exemplis iam satis probaretur, etiamsi analogia finitimae praepositionis κατά eodem sensu usurpatae non confirmaretur. habes enim

P. VIII 68. ἑκόντι δ' εὔχομαι νόῳ
κατὰ τὶν ἁρμονίαν βλέπειν.

ubi stat mihi nullam esse tmesin, sed βλέπειν κατὰ τὴν ἁρμονίαν σου eodem sensu esse accipiendum, quo vulgo εἰς vel πρός dicitur.**)

Contra ea notandum est, non semel apud Pindarum legi praepositionem εἰς eo sensu, quo vulgo κατά sequente accusativo dicitur.

Ol. VI. 71. ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἕλλανας γένος Ἰαμιδᾶν
ὄλβος ἅμ' ἕσπετο· τιμῶντες δ' ἀρετάς
ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται· τεκμαίρει
χρῆμ' ἕκαστον.

quae Mommsenus (pag. 62) interpretatur: „Jamidae summa felicitate fruuntur, virtute sua intrant in viam conspicuam.“ at vix intellego, quomodo illum fallere potuerit ineptissimam hoc loco esse notionem intrandi neque dubitari posse, quin poetae haec fuerit sententia: „Ex quo tempore celeberrima fuit apud Graecos Jamidarum gens; felicissimi illi fuerunt iidemque virtutis studiosissimi, (h. e. in virtutis via incedentes) quod ex omnibus rebus ab eis gestis manifestum est.“

---

*) Boeckhius ἤθεσι τάν ποτε. Mommsenus ἤθεσιν ἔν ποτε (ex Chaeridis emendatione).
**) Conf. Il. XVI. 644 seq. Il. VII. 167.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐς ὁδόν igitur nihil aliud est nisi καθ' ὁδόν*), itemque eiusdem carminis versu 12. metaphorice:

Ἀγησία, τὶν δ' αἶνος ἑτοῖμος, ὃν ἐν δίκᾳ
ἀπὸ γλώσσας Ἄδραστος μάντιν Οἰκλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάρηον
φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ νιν καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν

(Das Lob, welches er sprach in Beziehung auf den Amphiaros.)

N. VII. 46. ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς
θεμίσκοπον οἰκεῖν ἐόντα πολυθύτοις
εὐώνυμον ἐς δίκαν.

quae Boeckhius ita intellegit: „Est ille pompis praeses, ut prospera in iis iustitia gubernet.“ neque is sum, qui negaverim εἰς sic accipi posse. attamen cum Pindarus hoc loco id agat, ut Neoptolemum summis laudibus efferat, ea mihi magis probatur interpretatio, ex qua haec ad ipsam laudem illius pertinent; legitur enim in scholiis: ταῖς δὲ ἡρωϊκαῖς πομπαῖς καὶ πανηγύρεσι ταῖς πολυθύτοις οἰκεῖν προσήκειν τὸν Νεοπτόλεμον ὄντα δίκαιον ἔφορον, ut θεμίσκοπον εὐώνυμον ἐς δίκαν iungatur et ἐς δίκαν ad similitudinem eorum exemplorum, quae modo laudavimus, pro κατὰ δίκαν habeatur ita: „Inspector heroicis pompis sacrificiorum copia refertis ibi habitat iustissimus.**)

8. De usu praepositionis ὑπέρ monendum est Pindari proprium esse, quod ea sequente *genitivo* metaphorice usurpata excellentia et praestantia eo sensu exprimitur, quo apud Homerum περί cum genitivo legitur. Ol. XI. 72. N. 9. 58. J. II. 36. accusativum vulgarem habes ita frag. 13. καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν. ita Ol. I. 28. ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον δεδαιδαλμένοι μῦθοι.

Praeterea adfero:

N. III. 20. οὐκέτι πρόσω
ἀβάταν ἅλα κιόνων ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές.

quo loco etsi non offendis in genitivo (vel vernacule dicere potueris: er kam nicht weit über die Säulen des Hercules hin) tamen accusativum potius exspectaveris, siquidem praepositione ὑπέρ sequente genitivo directio super aliquid significatur, spatium contra, vel terminus, ultra quem actio verbo expressa porrigitur atque pertinet, vulgo redditur accusativo. iam spero fore, ut haec nobis viam muniant ad alterum locum rectius intellegendum.

N. VII. 64. ἐὼν δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεταί μ' ἀνήρ
Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων.

Dissenius quidem cum sibi persuasisset diversissimas sententias de huius loci intellectu ab

*) Bosslerus hunc locum non attigit.

**) Altera etiam explicatio in scholiis exstat: θυσίαις ταῖς πολυθύτοις ἐπίσκοπον οἰκεῖν μετὰ Θέμιδος καὶ τὰ νομίμως γιγνόμενα ξένια ἐφορῶντα. quae interpretatio praepositioni εἰς eandem vim adscribit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interpretibus prolatas inde natas esse, quod de sensu praepositionis ὑπέρ non recte statueretur, geographorum usum, ex quo populi in oris maritimis incolentes ὑπὲρ ἁλός habitare dicuntur, multis exemplis inlustravit indeque quasi a firmissimo fundamento profectus, Dymaeos eos, quos ὑπὲρ ἁλὸς οἰκεῖν dicit poeta, intellegendos esse sibi videtur demonstrasse. ut reliqua ei concedam, non video, quare verisimile fiat publico hospitio Dymaeos cum Aeginetis coniunctos fuisse hospitesque eos commissationi, in qua hoc carmen cantatum est, interfuisse. nihili vero est, quantum video, universa ista quamvis docta disputatio, cum exemplis supra adlatis satis probatum sit neque in usurpanda neque in construenda praepositione ὑπέρ iam sequi Pindarum certam illam et quasi stabilitam legem scriptorum posteriorum. at quid opus est doctrina? quid rerum indagatione? Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων nihil aliud est nisi quod vernacule dixeris: Der da weithin über das Meer wohnt. licentia igitur ea, quam non semel sibi sumpsit Pindarus, non diserte dicit, quam regionem illi obtineant, sed generatim significat, quanto intervallo distent et quo versus ad eos perveniatur. sunt autem illi ὑπὲρ ἁλὸς Ἰονίας οἰκέοντες coloni dorici, sive Itali sive Siculi, qui ab Aegina trans mare Jonium habitant.

9. Perlustratis singulis praepositionibus, in quibus aliquid notandum videbatur, etiam quaedam universe atque generatim de singulari usu complurium communi monendum est. mitto repetere quod de temporis, modi, causae rationibus insolenter per praepositiones expressis iam satis multis verbis exposuisse mihi videor, eo nunc Pindaricam orationem singularem esse ostenturus sum, quod casibus nominum, quae vulgo Graeci ipsa a verbo pendentia faciunt, aliquotiens mirum in modum praepositiones inveniuntur prafixae. etiam in hac re quodammodo Homeri sectator poeta dici potest, cum apud illum saepius occurrat verbum μίγνυμι praepositione ἐν cum nomine coniunctum. quid? ad huius usus similitudinem alii poetae vel latini, graecorum imitatores, construunt verba donandi cum eadem praepositione*): (conf. *Matthiae* gram. p. 887.). ita Homerico more verbum μίγνυμι cum praepositione ἐν coniunctum legitur apud Pindarum J. II. 29. Ol. I. 90. P. IV. 251. frag. 77. cuius constructionis quae sit ratio si quaeris, fingitur quid ita ea re, cui admiscetur, circumdatum atque, ut ita dicam, cinctum. ex eadem analogia dicta commemoro haec:

N. IX. 28. ἀνδησάμενός τε κόμαν ἐν πορφυρέοις ἔρνεσιν.**)

Ol. XIII. 47. ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον.

ad quem locum scholiastae rectissime: ἑκάστῳ γὰρ πράγματι μέτρον ἀκολουθεῖ καὶ συμμετρία.

---

*) Medea 424. οὐ γὰρ ἐν ἀμετέρᾳ γνώμᾳ λύρας ὤπασε θέσπιν ἀοιδὰν Φοῖβος.
Cat. LXI 101. 102. non tuus levis in mala
deditus vir adultera.

**) Nudus dativus eodem sensu J. I. 28. ἀνδησάμενοι ἔρνεσι χαίτας.
P. X. 40. δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κόμας ἀναδήσαντες.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel vernacule vim praepositionis reddere potueris: in jedem Dinge passt Maass. sed illud, quod probante Mommseno Dissenius contulit: „ut bellum gestum in armis“ toto coelo diversum est (vide pag. 9)

Ol. IX. 80. εἴην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ.

ut currus Musarum imaginem teneat, vult Boeckhius ἀνηγεῖσθαι esse „curru vectum procedere“ proprieque negat hoc loco de narratione ἀνηγεῖσθαι accipi debere. at idem verbum praeterea apud Pindarum obvium est N. X. 19. J. V. 53. quibus locis dubium esse non potest, quin sibi velit: narrare, recensere. eadem porro vi illud exstare constat apud Herodotum, eius significationis, quam Boeckhius statuit, omnino desiderantur exempla. neque vero video haec ita ut Boeckhius voluit, accepisse scholiastas, quorum haec est interpretatio: p. 223. εἴην δὲ λόγων καινοπρεπῶν εὑρετὴς ἐπὶ τῷ διηγεῖσθαι καὶ πρόσφορος ποιητικῇ Μούσῃ καὶ τρόπῳ Μουσῶν ἁρμοδίῳ. ἄλλως. γενοίμην, φησί, διὰ παντὸς δυνάμενος εὑρίσκειν λόγους καὶ διηγεῖσθαι τὰς πράξεις τῶν ἀρχαίων. ἄλλως. εἴην καινῶν ἐπῶν εὑρετὴς ὥστε ἀναγεῖσθαι ἀντὶ τοῦ διηγεῖσθαι τὰ περὶ τούτων δηλονότι πρόσφορος ἤγουν ἐπιτήδειος γενόμενος ἐν δίφρῳ τῶν Μουσῶν. iam vides omnes ita consentire, ut ἀνηγεῖσθαι non ad currum Musarum referant. noli vero dubitare, quin rectissime illi senserint iungendum esse εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι (eiusmodi infinitivus adiectivo additus omnino ex Pindari consuetudine est. conf. Ol. VI. 17. P. VI. 52. N. IV. 94. N. VII. 76. J. IV. 44. passim), quibus attributi loco additur: πρόσφορος ἐν δίφρῳ Μοισᾶν (für den Musenwagen passend.)

Eadem ratione construendus est locus simillimus:

N. VIII. 48. χαίρω δὲ πρόσφορον
ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἱείς, ἐπαοιδαῖς δ' ἀνήρ
νώδυνον καί τις κάματον θῆκεν.

„gaudeo quod fudi rei gestae convenientem (πρόσφορον ἐν ἔργῳ) praedicationem, cantu enim etiam laborem doloris expertem quis reddit.“

ita: Ol. VI. 7. ἐπικύρσαις ἀφθόνων ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς.

ad quae Boeckhius: ad participium ἐπικύρσαις supple τῷ ὕμνῳ et verba ἀφθόνων ἀστῶν suspende ab ἀοιδαῖς“ comparatis vero eis, quae collegimus, nemo non construet: ἐπικύρσαις ἐν ἀοιδαῖς ἀστῶν. quod Boeckhius ex scholiis discere poterat, ubi est: ὁ ἀνὴρ ἐν ᾠδαῖς ἐπιθυμηταῖς ἐπικύρσαις, ἤγουν ἐπιτυχὼν πολιτῶν οὐ φθονούντων

ita: Ol. XI. 82. ἐν ἅπαντι κράτει
αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα.

ἀραρότα ἐν κράτει. „fulmen summae potentiae iniunctum.“ h. e. cum summa potentia coniunctum.

Singularis hic usus patefecit mihi viam loci difficillimi, de quo desperavisse videntur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

editores, nova ratione tentandi: P. XI. 55.—58.*) lectio optime tradita, unde proficiscendum, est haec:

μέλανος δ' ἀν' ἐσχατιάν
καλλίονα θάνατον ἐν γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων κρατίσταν χάριν πορών.

metrum, in quod peccat μέλανος δ' ἀν', aut particula δέ deleta, aut adiectivo μέλανος ita mutato, ut vocali terminetur, facillime restituitur, iam cum adiectivum μέλας haud dubie cum accusativo θάνατον, qui ipse epitheto καλλίονα confirmatur, construendum sit, necesse esse apparet, scribatur μέλανα. una porro syllaba longa vel ante vel post praepositionem ἐν coniectura restituenda, quae haud scio an non sine aliqua probabilitate ex scholiastarum interpretatione duci possit. nostri enim textus simillima conformatio, quod Boeckhium non vidisse miror, subiecta erat oculis eius qui scripsit: οἱ δὲ φθονεροὶ τῇ αὐτῶν ἄτῃ καὶ βασκανίᾳ ἀμύνονται καὶ βλάπτονται, βασκαίνοντες εἴτις τὸ τέλειον τῆς εὐδαιμονίας καὶ εὐτυχίας λαβὼν καὶ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ εἰρήνῃ διάγων τὴν χαλεπὴν στάσιν καὶ ὕβριν ἀπέφυγε κατὰ τελευτὴν τὴν τοῦ θανάτου, τουτέστι μέχρι καὶ θανάτου δικαίως ἔζησε, καλλίονα καὶ ἐντιμότερον τὸν ἑαυτοῦ θάνατον τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων χάριν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ γενεᾷ παρεσχηκὼς καὶ καταλιπὼν ἔξωθεν δόξαν καὶ μετὰ θάνατον ἑαυτοῦ εὐφημίαν. quae sibi volunt repugnante Hartungio: deponunt invidiam invidi, propterea quod ipse detrimentum capit, si quis ei obtrectat, qui cum summum fortunae fastigium ascenderit quietoque animo et a superbia alienus fuerit per totam vitam usque ad diem supremum, praeclara denique morte suae ipsius genti gratiam divitiis potiorem attulit, apud omnes gloriam et laudem post mortem habuit. quae interpretatio vel in verbis construendis proxime ad librorum lectionem istam accedit, nisi quod in textu nihil est, quod verbis τᾷ αὐτοῦ ἰδίᾳ γενεᾷ eisque, quae sequuntur, καὶ ἔξωθεν καταλιπών etc. ex omni parte respondeat. quod cum ita sit, non satis prudenter ei mihi videntur egisse, qui verbo immisso lacunam librorum explebant, quamvis poetam id non habuisse testes sint et scholia et glossa Med. E.: λείπει ἐξεῦρε. non minus temere interpretes praepositionem ἐν delebant, siquidem Pindaricam esse dictionem: καλλίονα θάνατον πορὼν ἐν γενεᾷ exemplis adlatis satis demonstratum est et vix intellegi potest, quomodo praepositio illa in libros irrepere potuerit. ut igitur metrum stet atque etiam appareat, quam ob causam in scholiis legatur τᾷ ἰδίᾳ αὐτοῦ γενεᾷ, propono: ἐν σφᾷ γλυκυτάτᾳ γενεᾷ, et pronomen quidem σφός, etsi ad singularem numerum relatum

*) In disputationibus de crisi Pindarica Boeckhius p. 390. „Allen Forderungen genügt σχήσει, welches Thiersch vorgeschlagen hat und was so lange in dem Texte zu stehen verdient, bis eine sichere Hülfe gefunden ist. Indessen ist nicht zu verbergen, dass der Scholiast etwas ganz anderes las, wenn auch seine Struktur, wonach er ἀμύνονται, εἴ τις verbindet, schwerlich richtig sein dürfte. Ueberhaupt liegt die ganze Stelle im Argen.“ Maurit. Schmidt diatribe pag. CIX. seq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

altero exemplo apud Pindarum non exstat, offensionem tamen habere non potest, quippe qui formam finitimam σφέτερος saepius pro singulari numero ἑός usurpaverit. conf. Ol. XIII. 61. Ol. IX. 78. P. IV. 83. J. V. 33. potuit vero ita legere scholiasta, cuius interpretationem attulimus, nam si poeta planis verbis dixerat: θάνατον ἐν σφᾷ γλυκυτάτᾳ γενεᾷ εὐώνυμον κτεάνων κρατίσταν χάριν πορών, intra suam ipsius gentem h. e. suae ipsius quidem genti praeclara sua morte divitiis potiorem gratiam attulit, facile inde suppleri poterat quod oppositum est: ἔξωθεν δόξαν καταλιπών. haec est, si quid video, Pindari sententia: „Ab invidis tutus est, si quis summum adsecutus tranquilleque degens dirae superbiae non indulsit. (εἴ τις ἄκρον ἑλὼν ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν). at id ipsum non satis est, debet alterum accedere, quod, oratione per particulam δέ, non per τέ procedente, prioribus quodammodo opponitur — mors praeclara. (καλλίων θάνατος). hoc additamentum per participium πορών aeque ac priora cola (ἑλών et νεμόμενος) cum enuntiato maiore coniunctum, summa vero verborum copia expressum est, propterea quod eo continetur summa sententiae: „Qui non modo praeclare vitam degit sed etiam praeclare vita decessit, is invidiam effugere potest, etsi communis sortis modum transiit. pro exemplo talium virorum ab invidia tutorum sunt Jolaus, Castor, Pollux, quorum vita et mors perinde fabulis inlustrantur.“ scribo igitur sic:

φθονεροὶ δ' ἀμύνονται
ἄτα, εἴτις ἄκρον ἑλὼν ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αἰνὰν ὕβριν
ἀπέφυγεν, μέλανα δ' ἀν' ἐσχατιὰν
καλλίονα θάνατον ἐν σφᾷ γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων κρατίσταν χάριν πορών.*)

Transeamus ad J. I. 18. ἔν τ' ἀέθλοισι θέγον πλείστων ἀγώνων.

---

*) In duplici accusativo is qui Pindaricae orationis satis peritus est non offendet.
confer: P. X. 46. ἔπεφνέν τε Γοργόνα καὶ ποικίλον κάρα
δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε νασιώταις
λίθινον θάνατον φέρων.
Ol. I. 67. ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον
Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔδοξον Ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν.
ubi rectissime Boeckhius: ἑτοῖμον γάμον bene explicat schol. ἐπεὶ πᾶσι παρέκειτο, nec γάμος est de uxore sed de matrimonio. construendum igitur: σχεθέμεν Ἱπποδάμειαν, ἑτοῖμον γάμον matrimonio omnibus proposito.
Ol. II. 95. ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος
οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν
τὸ λαλαγῆσαι ἐθέλων κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις.
ubi τὸ λαλαγῆσαι fere est pro τῷ λαλαγῆσαι vel διὰ τοῦ λαλαγῆσαι, ut est in scholiis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ubi scholiasta perversissimo explicandi genere usus habet: κατὰ τὸ ἐναντίον ἀπέδωκεν, οὐδεὶς γὰρ ἐν ἄθλοις ἀγώνων τυγχάνει, ἀλλ' ἐν ἀγῶσι τῶν ἄθλων. ἄλλως. ἀντὶ τοῦ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι πλείστων ἔψαυσαν ἄθλων. quae tamen vis vocibus ἀγών et ἆθλον et apud Pindarum et apud omnes subesset, scholiastae veteres melius quam nostrae aetatis interpretes tenuerunt. nam quod Dissenius, alii protulerunt: „Et in re ludicra plurima certaminum genera attigerunt, veluti δρόμον γυμνόν, δρόμον ὁπλίτην, ἀκοντισμόν, δισκοβολίαν" minime probandum, cum ita receptae vocum illarum significationi summam vim faciant verborumque et rerum contextum mirum in modum conturbent. hoc dicit poeta: Herodotum curru victorem Castoreo aut Jolai carmine celebrare in animo est, quia illi erant praeclarissimi aurigae Lacedaemone et Thebis, plurima vero praemia passim consecuti sunt et tripodibus ornaverunt domum et lebetibus phialisque auri, tulerunt autem illi palmam etiam in stadio atque in cursu armato, neque minus manuum robore praestiterunt, sive hastas iaculabantur sive saxeos discos iaciebant. neque vero ei, qui attento animo universum locum examinat, dubium esse potest, quin prioribus versibus usque ad νικαφόρων (v. 22.) solae equestres victoriae agantur, quod si verum est, Dissenii aliorumque artificiosa illa interpretatio per se cadit. restat, ut ad normam aliorum exemplorum, de quibus disputavimus, mecum construas: θίγον ἐν ἀέθλοις πλείστων ἀγώνων. attigerunt praemia plurimorum ludorum. ita ἀγών et ἆθλον suam vim habent et quid obstat, ne credas poetam qui praeter consuetudinem θιγγάνειν cum dativo construit (P. VIII. 24. ἀρεταῖς θίγοισα. P. IV. 296. ἀσυχίᾳ θιγέμεν. N. IV. 35. νουμηνίᾳ θιγέμεν. P. IX. 42. τὸν ψευδεῖ θιγεῖν, neque unum quidem exemplum verbi θιγγάνειν cum genitivo constructi legitur) hoc loco sicut plurimis aliis ei casui praepositionem ἐν praefixisse?

Porro praepositionem habes, ubi nudum dativum exspectaveris:

Ol. XI. 84. χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον ἀντιάξει μελέων.

Ol. XII. 19. ὁμιλέων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

P. IV. 295. συμποσίας ἐφέπων
θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν πολλάκις.

P. IX. 50. εἰ δὲ χρὴ καὶ πὰρ σόφον ἀντιφερίξαι.

Frag. 98. ψυχὰς ἀντιδιδόναι ἐς τὸν ὕπερθεν ἅλιον.

N. III. 67. βοὰ δὲ νικαφόρῳ σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει. Boeckhius: „Cantus vero competit victori Aristoclidae." rectissime. nescio vero an cum Dissenio, qui iungendum esse monet συμπρέπει, tmesin statuerit. ego quidem non video, quomodo haec per tmesin accipi possint, cum verbum compositum συμπρέπειν neque Homericum sit neque omnino apud bonos scriptores legatur, praepositio autem in medios dativos ita immissa sit, ut ipsa hac verborum collocatione impediamur, ne eam cum verbo coniungamus, vult poeta: βοὰ πρέπει σὺν Ἀριστοκλείδᾳ. congruit cum eo. (stimmt mit ihm.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ol. II. 10. πλοῦτόν τε καὶ χάριν ἄγων
γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.

Boeckhius: „hoc est ἐπάγων γνησίαις ἀρεταῖς. „insitis natura virtutibus afferens opes et gratiam, quae bona sunt non natura data sed acquisita.“ ad sensum recte, cave tamen ne poetam ἐπί grammatice cum verbo coniunctum voluisse arbitreris.

ita: P. V. 116. εὔχομαί νιν Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δόμεν γέρας ἐπὶ Βάττου γένει. precor, ut det Jupiter Olympicam victoriam ad Batti genus (pro: Batti generi)

Ol. X. 13. κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
ἀδυμελῆ κελαδήσω.

carmen addam coronae.

O. I. 35. ὁ δὲ λόγος
ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει
λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοισί νιν ἵπποις τε κλυτάν
καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.

Boeckhius vult ταύταις ἐπὶ συντυχίαις esse: „in hac congruentia.“ ita fere omnes interpretes et Hermannus quidem reprehendit poetam magisque hanc dictionem pedestri orationi quam poeticae convenire dicit. Heimsoethus*) contra, vehementissime in Hermannum invectus, omnium virium contentione id agit, ut haec defendat: „Der Gedanke, so ist auch in diesem Falle zu erwarten, ist auf eine dem übrigen Stile der hohen Diktion des historisch-lyrischen Gedichtes ganz homogene Weise ausgedrückt.“ haud scio an cuiquam id probatum sit, ego certe, cum locos modo laudatos confero, ubi praepositio ἐπί cum dativo constructa notionem addendi et cumulandi habet (Ol. II. 11. Ol. X. 13. claraque voce hos versus recito, facere non possum, quin coniungam: ὁ δὲ λόγος φέρει ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν λοιπὸν ἔσσεσθαί νιν ἵπποις τε κλυτάν et quae seq: „praesenti fortunae addit ὁ δὲ λόγος (prosperum videlicet ventum proficiscentibus nautis boni ominis esse toti navigationi) spem, fore ut urbs illa etiam in posterum coronis et equis clara sit.“ etenim συντυχία est vox media neque, si J. I. 36. ea vox significat *adversam* fortunam, quidquam obstat, ne hic sit *secunda*, qua vi usurpatur etiam a Sophocle et ab Euripide et ab aliis. et iam eo minus dubitabis concedere vocem συντυχία nihil aliud hic significare nisi partam Pythicam victoriam, quod bis apud Pindarum N. I. 10. Ol. VI. 81. victoria ludicra affini voce εὐτυχία designatur. quid multa? si poeta scripsisset: ταύτᾳ ἐπὶ συντυχίᾳ δόξαν φέρει, nemo esset quin ita intellegeret, pluralem vero numerum a poetis graecis et latinis ornandae orationis causa et a vulgari usu revocandae saepissime ita usurpari, ut singulis locis huius usus ne ratio quidem reddi possit, inter omnes constat. apud Pindarum confer J. VII. 35. Δί τε μισγομέναν ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν, licet antea nullus memoratus sit

*) Pindars Erste pythische Ode pag. 12. u. 13.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jovis frater nisi Neptunus. P. IV. 50. ἀλλοδαπᾶν γυναικῶν ἐν λέχεσιν dictum est de sola Malache Euphemi uxore.

Frag. 45. v. 10. γόνον ὑπάτων μὲν πατέρων μελπέμεν γυναικῶν τε Καδμειᾶν ἔμολον. ubi de uno Dionysio sermo est.

10. Pleraque exempla ultimo loco recensa iam eo singularia dici possunt, quod poetae placuit eas praepositiones, quas apud alios cum verbis compositas videre consuemus, nominibus seiunctim anteponere atque cum eis cogitare. non desunt, quae doceant hanc licentiam apud Pindarum late patere omninoque eius proprium esse praepositiones minus frequenter cum verbis conglutinare.

J. VII. 7. ἐκ μεγάλων δὲ πενθέων λυθέντες.
P. IV. 225. οἳ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν γενύων πνεῦν καιομένοιο πυρός.
P. IV. 133. αἶψα δ' ἀπὸ κλισιᾶν ὤρτο σὺν κείνοισιν.
P. IV. 23. αἴσιον δ' ἐπί οἱ Κρονίων Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.
Ol. II. 69. ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν.
P. III. 27. ἐν δ' ἄρα μηλοδόκῳ Πυθῶνι τόσσαις.
Ol. I. 13. δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν.

ad quem locum Dissenius: „ἀποδρέπων pro δρεπόμενος“ minime vero. iungas quaeso praepositionem ἀπό cum genitivo ἀρετᾶν et vide pulcram et perspicuam imaginem: δρέπειν κορυφὰς ἀπ' ἀρετᾶν (die Spitzen von den Tugenden pflücken) sicuti decerpis flores in summis caulibus nascentes.

Ita explico: N. VII. 80. Διὸς δὲ μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ.

quae miror nullum interpretem recte intellexisse, falluntur enim aperte qui construunt: μεμναμένος Διός, Jovis vero recordatus, ἀμφὶ Νεμέᾳ, propter Nemeam. monstrant enim, ni fallor, loci velut N. IX. 9.

ἅ τε Φοίβῳ θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀσωποῦ ῥεέθροις· ὧν ἐγώ
μνασθεὶς ἐπασκήσω κλυταῖς ἥρωα τιμαῖς.

et singularis usus praepositionis ἀμφί, quem pag. 5. notavimus (Ol. I. 8. ὅθεν πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι) construendum esse: μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ Διός. recordatus Nemeae Jovis. ut eximie fingatur memoria quasi circa Nemeam versari.

Ol. VI. 50. περὶ θνατῶν δ' ἔσεσθαι μάντιν
ἐπιχθονίοις ἔξοχον.

quae perversissime Bosslerus interpretatur pag. 45. „μάντιν περὶ θνατῶν vatem dehominibus h. e. de rebus hominum, ne idem bis dictum περιέσεσθαι θνατῶν et ἐπιχθονίοις ἔξοχον displiceat.“ cui vero offensioni fuerint haec, quae ad Pindari verba proxime accedunt? „Dass er ein ausgezeichneter, alle Sterblichen übertreffender, Seher den Menschen sein werde.“ et sententiae quidem satisfaciunt Boeckhius et Dissenius, qui cum περιέσεσθαι coniungunt, optimo iure praepositioni eam excellentiae et praestantiae notionem vindicant, quae ei sex-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

centies subest apud Homerum, attamen tmesin non statuere debebant, sed poetae propriam dictionem agnoscere.

Ol. III. 38. ἐμὲ δ' ὧν πάρ θυμὸς ὀτρύνει φάμεν Ἐμμενίδαις
Θήρωνι τ' ἐλθεῖν κῦδος.

ad quae Piersonus (in Museo Rhenano XI. pag. 383) „Schneidewin schreibt πά, was jedenfalls vorzuziehen, denn die Tmesis, die sich nach Dissen ergäbe, hätte weder inneren Grund noch poetischen Zweck, sondern wäre willkürlich und gleichgiltig.“ atque de tmesi quidem plane cum Piersono consentio, neque tamen languidum illud πά recipiendum esse arbitror, sed construendum: θυμὸς ὀτρύνει με φάμεν κῦδος ἐλθεῖν πάρ Ἐμμενίδαις. numero utor duce, nempe παρά et nomen Ἐμμενίδαις magno ictu, quo utrumque tollitur, coniunguntur, clara quaeso recites voce, audies verba: θυμὸς ὀτρύνει φάμεν quasi per parenthesin esse immissa.

11. Saepius monuimus Pindari interpretes in tmesi statuenda parum cautos fuisse neque satis diligenter eos singularem illum usum praepositionum, quem antecedenti paragrapho inlustravimus, a propria natura eius figurae, quam tmesin vocamus, distinxisse. non oportet tamen fusius de hac re dicere, cum Piersonus disputatione ista quam scripsit in Mus. Rhen. quae sit natura tmesis et qui sit usus huius figurae apud Pindarum egregie notaverit Bosslerusque in libro saepius commemorato sano iudicio eandem quaestionem retractaverit. sed quoniam ne illorum quidem virorum opera res omnibus numeris mihi videtur perfecta, aliquot locos in quibus ab eis dissentio, paucissimis liceat tangere.

Quod exemplum Bosslerus primo loco posuit iam supra pag. 31. attuli et fateor me non videre, cur necesse sit praepositionem ἀπό cum verbo ἔχειν potius componi quam cum genitivo ἀδίκων ad similitudinem eorum locorum quos multos ibi congessimus. etiam hoc loco tenere debebat Bosslerus, quod Piersonus in disputatione sua rectissime ostendit, apud Pindarum non oportere ad tmesin recurri, nisi ea consuetudine poetae aut certa ratione ipsiusque loci natura commendaretur, licet pro verborum collocatione dubium esse posset, utrum figura illa statuenda, an praepositio ad nomen potius referenda esset.

De P. V. 116. et de Ol. III. 38. iam supra dictum est.

nego porro tmesin N. III. 24. δάμασε δὲ θῆρας ἐν πελάγεσιν
ὑπερόχος, διά τ' ἐξερεύνασε τεναγέων
ῥοὰς, ὅπα πόμπιμον κατέβαινε νόστου τέλος.

construo: ἐξερεύνασε ῥοὰς διὰ τεναγέων „fluenta perscrutatus est per media vada“ „vadorum illa fluenta“, quae ex Boeckhii interpretatione vulgo intelleguntur, nescio quid sibi velint. traiectionem vero illam praepositionis, perlectis eis quae huc usque disputavimus, nemo est qui miretur. nego tmesin Ol. XIII. 72. ἀνὰ δ' ἐπᾶλτ' ὀρθῷ ποδί. nam ἀνεπάλλομαι neque Pindaricum neque omnino graecum verbum est. ἀνά adverbii loco per se positum. neque vero ea quae nunquam inita est verbi societas, recte potest dici esse dissoluta.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nulla est tmesis P. IV. 228.

ἀνὰ βωλακίας δ' ὀρόγυιαν σχίζε νῶτον
γᾶς·

construendum iudico: σχίζε νῶτον γᾶς βωλακίας ἀνὰ ὀρόγυιαν. primum iam ex rhythmo videor mihi audire ἀνά et verbum σχίζειν non posse ita cohaerere, ut unam notionem efficiant, tum apparet plurimi referre praecipue commemorari, quam miri sulci ab Jasone ducti sint, quanta autem fuerit haec altitudo, praepositione ἀνά ei voci, quae mensuram indicat: ὀρόγυιαν anteposita, multo magis sentitur. in verbo simplici σχίζειν nihil desideratur, immo gravius, ponderosius, significantius dicitur: Er schlitzte den scholligen Erdrücken eine ganze Klafter tief.

J. VII. 46. τοὶ δ' ἐπὶ γλεφάροις νεῦσαν ἀθανάτοις.

ab omnibus per tmesin intelleguntur: ἐπένευσαν, ut in praeclarissimo versu Il. A. 528.

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

nescio tamen an Pindarus νεῦσαν ἐπὶ γλεφάροις (an, mit) itaque etiam Homerus ἐπ' ὀφρυσι voluerit.

Restat, ut unum locum addam a Bosslero praetermissum N. X. 45. seq. quem repugnantibus scholiastis et Dissenio sic construo: ὃν (χρυσόν) καὶ Λύκαιον παρέθηκε Διὸς δρόμῳ νικᾶσαι σὺν ποδῶν χειρῶν τε σθένει. „etiam Lycaeon praebuit stadio Jovis (nimirum eius erant haec certamina sacra) pedum manuumque robore ut vincerent luctatores et cursores.“ statuitur vulgo πὰρ Διὸς esse pro πὰρ Διὸς τεμένει. Boeckhio vero obtemperandum esse mihi persuasi qui dictiones: πὰρ Διός suppleto τεμένει vel ἐν Διός suppleto οἴκῳ non putat Pindaricas esse quippe familiari generi dicendi propriores. eoque maiorem dubitationem haec interpretatio a Dissenio temere commendata adferre debebat, quod ex Pausania demonstrari potest, ne esse quidem hippodromum et stadium ad Jovis templum VIII. 38. ἔστι δὲ ἐν τῷ Λυκαίῳ Πανός τε ἱερὸν καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος δένδρων καὶ ἱππόδρομος καὶ πρὸ αὐτοῦ στάδιον. quae loci natura cum nullius eorum qui audiebant, animo non obversaretur, timendum non erat, ne verborum ordine decepti coniungerent πὰρ Διός, etiamsi haec dictio a Pindari consuetudine non abhorreret.

denique: Ol. II. 35. οὕτω δὲ Μοῖρ' ἅ τε πατρώϊον
τῶν δ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον, θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ
ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ.

quem locum nescio utrum Piersonus imprudenter praetermiserit, an non per tmesin intellegendum esse iudicaverit. possit enim quis ea ita intellegere, ut accusativum πῆμα a praepositione ἐπὶ pendentem faciat et πότμον vel αὐτούς (utrumque facillime suppletur) pro obiecto verbi ἄγειν habeat. tamen non dubito, quin praepositio ad verbum trahenda sit, nemo enim est quin videat, quam praeclare dicatur Μοῖρα ἐπάγειν πῆμά τι θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ et quam egregie tmesis huius loci naturae conveniat, quippe qua summa arte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quasi pingatur summae felicitati paululum etiam mali admisceri, quod tamen malum, quo lenius videatur, παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ vocatur; lenissimam autem hanc mali admixti significationem ad totius carminis consilium aptissimam esse longum est multis persequi.

12. In singularum praepositionum usu proprio examinando vidimus Pindarum saepius ita de trita via deflectere, ut eas non cum eo casu coniungat, quo communi sermonis graeci usu adsuefacti sumus. qua licentia si apparet singulorum casuum usum nondum certissimis eis finibus circumscriptum esse, quibus Atticorum scriptorum dicendi genus continetur, non nimis mirificum videbitur ipsas praepositiones non semper secundum eas, quae postea stabilitae sunt, leges usurpari atque adeo fieri, ut aliae aliarum vice fungi videantur. et quid mirum, si in Pindarica oratione, quae omnino non tam certis formulis obstricta est, loci rationes praepositionibus expressae liberius confunduntur? iam minime Pindari proprium, sed omnium Graecorum commune est, quod multa verba, quibus notio movendi subest, velut τιθέναι, ἱστάναι, βάλλειν, πίπτειν cum praepositione ἐν vel ἐπί sequente dativo construuntur. ita non ipsa actio verbi describitur, sed praeripitur quodammodo terminus, quo illa tendit statusque qui ex actione oriundus est, tam praepotens fit, ut hic ipsius actionis loco animo obversetur. ad illorum verborum normam dixit Pindarus:

P. IX. 63. νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμβροσίαν στάξοισι.
P. IX. 24. παῦρον ἐπὶ γλεφάροις
ὕπνον ἀναλίσκοισα ῥέποντα πρὸς ἀῶ·
P. IV. 24. ἄγκυραν ποτὶ ναῖ κρημνάντων.
Ol. II. 10. πλοῦτόν τε καὶ χάριν ἄγων γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.

Non adeo dissimilis nonnullorum locorum est ratio, ubi pro praepositione ἐν sequente dativo genitivum vel nudum vel praepositione ἐκ determinatum exspectaveris, velut:

P. III. 21. ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον.
N. I. 34. ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον.

quae tamen ne adferrem quidem, nisi alia apud Pindarum occurrerent exempla difficiliora, quae, ni fallor, eo singularia sunt, quod in eis quo loco quid fiat, exprimitur, cum inde ordiri ab eaque re initium capere actionem verbo expressam potius cogitandum esse videatur.

Ol. XI. 85. τὰ παρ' εὐκλεῖ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν.

haec certe per se nihil sibi volunt nisi: „Quae apud inclitam Dircen sero prodierunt.“ simplicius vero et magis ex consuetudine sermonis graeci dixisset: Quae ab inclita Dirce sero huc advenerunt.

N. IX. 49. θαρσαλέα δὲ παρὰ κρητῆρα φωνὰ γίγνεται.
„audax vero apud craterem vox fit“ h. e. *vino*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

P. III. 27. ἐν δ' ἄρα μηλοδόκῳ Πυθῶνι τόσσαις ἄϊεν ναοῦ βασιλεύς
Λοξίας κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ, γνώμᾳ πιθών,
πάντα ἴσαντι νόῳ.

quae non bene administravit Mommsenus (pag. 163) qui complurium librorum vestigia secutus scripsit: κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ γνώμαν πιθών. „Qui suae opinioni apud Mentem persuasit" at simillimus exstat locus J. III. 89. κυβερνατῆρος οἰακοστρόφου γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβούλῳ. „gubernatoris clavum versantis prudentissimo consilio obsecutus." ubi aor II. πέπιθον aperte vim intransitivam habet, quo loco cum nulla librorum fluctuatio sit, non dubium videtur esse, quin etiam altero loco γνώμᾳ πιθών legendum eademque ratione explicandum sit. quid vero? nonne dei naturae multo magis convenienter dicitur. „Obsecutus aut confisus suae ipsius opinioni?" Apud animum, inquit, omnium rerum gnarum, integerrimum interpretem suum auscultabatur, sua mente fisus. non indiget ille quidem cuiusvis auxilio, suae mentis acie omnia perscrutatur, res occultas ac penitus abditas videt animo suo, quo solo in consiliis capiendis utitur auctore. Er horcht bei seinem allwissenden Geiste i. e. er hört von ihm. cogimur enim quodammodo genitivi rationem mente concipere*)

Ol. VII. 35. ἀνίχ' Ἁφαίστου τέχναισιν
χαλκελάτῳ πελέκει πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
ἀνορούσαισ' ἀλάλαξεν ὑπερμάκει βοᾷ.

Boeckhius verba: Ἀθαναία κατ' ἄκραν κορυφὰν πατέρος ἀνορούσαισα interpretatur: „Minerva ex summo vertice patris prosiliens" ad sententiam rectissime, etsi κατ' ἄκραν κορυφάν non est: ex summo vertice, sed; in summo vertice.

Quae exempla collata haud scio an pertineant ad alium locum qui et veteribus scholiastis et hominibus doctis nostrae aetatis dubitationem movit:

P. III. 11. εἰς Ἀΐδα δόμον ἐν θαλάμῳ κατέβα τέχναις Ἀπόλλωνος.

Bergkius pag. 116. εἰς Ἀΐδαο θοὸν θάλαμον. Mommsenus: εἰς Ἀΐδαο δόμον θαλάμῳ. Hartungius levissima mutatione ἐκ θαλάμων. quod si poeta scripsisset, omnia certe plana essent; attamen qui Pindari orationem vult planam reddere. ingratissimum in eum confert beneficium. Heimsoethus: „morbo, et est poetae splendidissime εὐφημοῦντος: χρυσέοις τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος ἐν θαλάμῳ." quod non falsum, neque tamen satis dilucide

*) Quod Mommsenus aoristo II. ἔπιθον vim transitivam adscribit, constat illud tempus apud alios ita legi. Aesch.: Prom. 206. Eurip. Hip. 1062. Aristoph Ran. 1168. apud Pindarum certum exemplum huius usus Homero alieni desidero, nam eiusdem carminis versu 65 et 66:

ἰατῆρά τοι κέν νιν πίθον
καί νυν ἑσλοῖσι παρασχεῖν ἀνδράσιν θερμᾶν νόσων.

intellegendum esse puto: crederem (confiderem) eum medicum praebiturum fuisse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

expressum. quid? aut vita decessisse illa in thalamo, aut ad Inferos abiisse ex thalamo dici debuit, confudit vero Pindarus utramque dictionem, neque dixit (id quod sane simplicissimum erat) unde profecta illa in domum Plutonis descendisset, sed ubi versaretur eo temporis momento quo mortiferis telis percussa est iterque ad Inferos incipiebat.

P. IX. 26—30. κίχε νιν λέοντί ποτ' εὐρυφαρέτρας
ὀμβρίμῳ μούναν παλαίοισαν
ἄτερ ἐγχέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.
αὐτίκα δ' ἐκ μεγάρων Χείρωνα προςέννεπε φωνᾷ.

ad quae Boeckhius: „obscurum est ἐκ μεγάρων. mihi Apollinis aedes Delphica intellegenda videtur, ubi etsi tum Apollo versari dicitur, tamen simul in Thessalia degentem Chironem adloquitur, quippe praesens ubicunque. qui Delphis audit quae in Thessalia geruntur (P. III. 27) idem Chironem in Thessalia versantem adloqui ex Delphica aede potest.“ Incredibilem in modum vir summus lapsus est manifesto, aliud enim est deo omnium rerum scientiam attribuere, aliud fingere eum et in Thessalia versantem et eodem tempore ex templo suo Delphico cum Chirone in Thessalia degente colloquentem. adesse autem Apollinem in Thessalia negare non poterit, nisi qui totum locum attento animo non perlegerit, attendas modo animum verba κίχε νίν ποτε. tum versu 51 ταύτᾳ πόσις ἵκεο βᾶσσαν τάνδε. (eius maritus venisti ad hanc vallem) irrita denique fit praeclarissima illa imago, quam poeta oculis nostris proposuit, nisi deus ipse pharetra insignis coram puella praesens conspicitur. quod si ita sese habet, necesse est, μέγαρα Chironis antrum intellegamus, atque vel vernacule poetam imitari potueris: Sogleich aber redet er den Chiron an aus seiner Höhle her. esse eam aliquam directionum confusionem certe negari non poterit, cum vero omnino genitivo graeco non aliena sit significatio directionis eius, quam, si rem ad vivum resecamus, mente comprehendamus necesse est, singularis illius quidem Pindaricae dictionis ratio videtur mihi posse excusari, eoque facilius, quod ea aliorum quoque locorum similitudine confirmatur velut:

N. VII. 94. ἀμφοτέρας ἰὼν χειρός. ad utramque manum procedens.
et J. IV. 36. ἔλα νῦν μοι πεδόθεν.

quae quidem ipsa in commentariis pessime explicantur. Dissenius enim: „Perge iam ab origine, nam πεδόθεν hoc est ἐξ ἀρχῆς metaphorico sensu pro penitus. nempe Pindarus Troiam bis eversam dicens ab Aeacidis, Telamoni et Neoptolemo debitam laudem solverat, ut igitur Achillem ne praeteriret, addit, rem repeto paulo altius, hoc est commemorabo etiam ea, quae in altero bello ante ipsam Troiae eversionem ab Aeacidis s. Achille gesta sint.“ at primum non video, quam ob causam poeta, qui bis Troiam ab Aeacidis oppugnatam et eversam dixit (τοὶ καὶ σὺν μάχαις δὶς πόλιν Τρώων πράθον) Telamoni et Neoptolemo, non Achilli, Hectoris interfectori, debitam laudem solverit. tum non intellego „repetere rem paulo altius“ poetam in eis, quae sequuntur, denique non liquet, quomodo verbis:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἔλα νῦν μοι πεδόθεν vis altius repetendi subesse possit. ut dicam, quid sentiam, adverbium πεδόθεν apparet esse pro genitivo πεδίοιο, eodemque sensu a Pindaro mihi dictum videtur, quo exstat in formula: πεδίοιο ἰέναι per campum (über die Ebene hin), quod rectissime sensit scholiasta qui interpretatur: ἐπ' εὐθείας ὁδοῦ. intellege: Procede tu nunc mihi recta via per campum." adloquitur enim poeta Musarum currum, quo se vectum fingit compellatque Musam, ut iam recta procedat, hoc est ad rem ipsam accedat, neve longius vagetur. nempe multis heroïbus recensis ad Aeacidas delapsus, iam in eorum laude atque imprimis in rebus praeclare ab Achille gestis commoraturus est, quippe quae ad Aeginetam victorem hoc carmine inlustrandum maxime pertineant.*)

Paulo diversa etsi non plane dissimilis est ratio in his:

P. X. 37. Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ
τρόποις ἐπὶ σφετέροισι.

ubi exspectaveris quod scholiastae exhibent: οὐκ ἀποδαμεῖ ἀπὸ τῶν τρόπων καὶ τῶν ἠθῶν αὐτῶν. rectissime ita Boeckhius intellexit qui interpretatur: „Musa non abest a moribus eorum. Dissenius contra, alii vim praepositionis ἐπί non adsequuntur, cum vertunt: „Musa abest ab his terris propter mores eorum." quidni verbum cum negatione coniunctum: οὐκ ἀποδαμεῖ quasi pro uno verbo habetur: *adest*, cuius ipsius notionis si vim, non originem spectas, optime congruunt quae sequuntur: ἐπὶ τρόποις σφετέροισιν. (in moribus eorum)

P. VIII. 89. ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχών
ἁβρότατος ἔπι, μεγάλας
ἐξ ἐλπίδος πέταται
ὑποπτέροις ἀνορέαις, ἔχων
κρέσσονα πλούτου μέριμναν.

Dissenius: „ἁβρότατος ἔπι optime vertes: teneris annis, ut ἁβρόν est tenerum. similiter Latini teneros annos dicunt pueriles." Bosslerus hanc interpretationem in suum usum convertit. videntur illi quidem in errorem inducti praepositione ἐπί. quae cum genitivo coniuncta ita vulgo de tempore dicitur. at neque in voce ἁβρότης aetatis (quam notionem illi temere supponunt) ulla significatio est, neque intellego, cur generalis haec sententia in pueros magis quam in adulescentes aut in viros cadere dicatur. poterat vero iam ex scholiis disci, quid poeta sibi voluisset: ἀπὸ μεγάλης ἁβρότητος καὶ εὐδαιμονίας ἐκ τῶν εὐτυχηθεισῶν ἐλπίδων ὑψοῦται. ita Boeckhius qui interpretatur: „animum attollit virtutum alis sublatus." haec est Pindari sententia: ἐκ μεγάλης ἐλπίδος ἐπὶ ἁβρότητος. ex magna spe florenti statu subnixa. (in Folge der grossen Hoffnung auf Grund des blühenden

*) Maur. Schmidt. (pag XCVIII.) eloquentissimus ille librorum Pindaricorum sinceritatis defensor ex Antimacho l. c. σπιδόθεν προνοῆσαι, eruit σπιδόθεν. non vereor tamen, ne quisquam id recipiat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Glückes) scriptor Atticus hanc rationem causae agentis haud dubie praepositione ἀπό reddidisset, Pindaro vero magis placuit indicare, ubi surgeret, ut ita dicam, ea magna spes. quod ita esse intellegere debebat Mommsenus neque vero poetae vim inferre propriumque eius orationis colorem vulgari ἀπό in ipsum textum recepto delere.

13. Cum praepositionum exemplo satis mihi ostendisse videar, quomodo generi dicendi Pindari proprio ita studendum esse arbitrer, ut in dubiis difficilioribusque locis usum poetae pro certo duce habeamus obscuraque, quae per se spectata ferri non posse videantur, aliorum locorum similitudine melius explanentur, quod altero loco in praefatione mihi proposueram, miram verborum traiectionem semel atque iterum videri obfuisse, ne Pindarus recte intellegeretur, iam paucissimis, (ne spatium huic commentationi concessum transgrediar) in animo habeo probare. ut igitur brevis sim, mitto universe de verborum collocatione apud Pindarum disputare, mitto singulis persequi, quam eximia arte subiecto ad finem enuntiationis remisso effecerit, ut exspectatione suspensi animi teneantur. non moneo de appositione, magna verborum copia immissa, audacissime ab ea voce, cui adiuncta est, dirempta, nec de pronomine τις insigni audacia a nomine suo seiuncto, nec de negatione mirifice traiecta. hoc dico et singula verba et membra enuntiatorum ita suo loco mota et quasi decussata*) reperiri, ut saepissime qui legitimum hoc est logicum ordinem restituere vellet, locum eorum omnino invertere atque ea quae subsequuntur eis, quae praecedunt anteponere deberet. quam ad rem probandam conferas, quaeso Ol. XI. 28. N. XI. 19. J. VI. 44. J. V. 16. J. V. 57. Ol. IX. 58.

Ut iam ad ea, quae in commentariis non recte explicata iudico accedam,

P. I. 75—80. ἀρέομαι
πάρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθαναίων χάριν
μισθόν, ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέων πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν,
ταῖσι Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι,
παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἱμέρα παίδεσσιν ὕμνον Δεινομένευς τελέσαις,
τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ, πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

Dissenius: „Tollam ad Salaminem Atheniensium laudem iis mercedem.“ maximopere miror, quod haec interpretatio, qua sententia poetae omnino mihi videtur deformari, Boeckhio non displicuit, (licet ipse aliam commendaret) cum iam Medium ἀρέομαι obsit, ne de mercede Atheniensibus solvenda cogitetur. hunc esse sensum apparet: Tollam mihi Atheniensium gratiam mercedem argumento carminis ex Salamine petito. deinde: ἐν

*) Mirum in modum Erdmannus in libro, quem scripsit de Pindari usu syntactico (p. 83) de hac re iudicat: „Simplex plerumque sententiaeque progressui quam maxime adaptata collocatio quoque verborum, quoad ego eam observari, mihi esse videtur apud Pindarum.“

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Σπάρτᾳ δὲ (ἀρέομαι μισθὸν) ἐρέων πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν.*) tum Boeckhius: ἀρέομαί τε μισθὸν παρὰ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἱμέρα. „materiâ ab Himerensi victoria petitâ, ut poeta de ea canens quasi praesentem apud Himeram flumen sese cogitet, quo se carmine confert.“ quod ingeniose sane excogitatum, neque tamen est, cur ad artificiosam hanc interpretationem, cui accusativus ἀκτάν minime favet, confugiamus. consideres enim quaeso quae extremas partes epodi habent: πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων, in quibus loci determinationem desiderari apparet. quid vero si coniungis? πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων παρὰ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἱμέρα: nam sicut ab Atheniensibus praemiis adficior a Salaminia victoria argumento petito (πὰρ Σαλαμῖνος) Spartaeque mihi merces redditur Plataeensis victoriae laudatae (ἐρέων πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν) ita praemium accipio, si perficio filiis Dinomenis hymnum, quo dignantur propter virtutem, qua praestabant quo die hostes ad aquosam ripam Himerae conflictabantur. (ὕμνον τελέσαις τὸν ἐδέξαντο ἀμφ' ἀρετᾷ πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων παρὰ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἱμέρα.) summa ita varietate, quod carmen cuique gratissimum sit, exprimitur praeclarissimisque cum victoriis illis de Persis reportatis eodem loco habetur Himerensis pugna, ad quam tamen significandam paulo maiorem verborum copiam summa arte poeta confert, ne illarum victoriarum laude animi nimium ab Hierone et rebus praeclare ab eo gestis abstrahantur.

Eodem carmine v. 84.

ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύνει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.

ad quae Boeckhius: iunge voces iuxta positas ἀκοὰ ἀστῶν, hoc est fama apud cives audita, ἀκοή est quod auditur, uti paulo post v. 90. ἀκοὰν ἀδεῖαν et P. IX. 76. βαιὰ δ' ἐν μάκροισι ποικίλλειν ἀκοὰ σόφοις. huc refer etiam adverbium μάλιστα, apud cives audita fama maximam invidiam habet, quia qui civibus suis insigniter placet felicissimus est, κρύφιον θυμόν generaliter intellege invidorum tectos animos aemulorum maxime Hieronis.“ dubito an me unum in hac interpretatione offendant et ἀκοὰ ἀστῶν et κρυφιὸν θυμόν generaliter intellegendum. atque ἀκοά quidem est apud Pindarum, si quid video, fama, gloria.**) cuius signi-

*) Heimsoethus: Ad. et Corrig. pag. 24 iungit ἀρέομαι χάριν, male et quia χάριν artissime cum genitivo Ἀθαναίων coniunctum ad insequentia membra enuntiati pertinere non potest et quia ἀρέομαι et μισθόν alterum alterum supplent et loco suo initio atque exitu primi membri nescio quo pacto consociantur.

**) Ita intellego etiam P. IX. 76 βαιὰ δ' ἐν μάκροισι ποικίλλειν ἀκοὰ σόφοις. Boeckhius quidem: „oblectamentum hoc et pulcherrimum acroama.“ quae si ita interpretaris (et ne est quidem ἀκοά per se: oblectamentum et pulcherrimum acroama) non video, quae sit ratio infinitivi ποικίλλειν. rectissima vero interpretatio exstat in scholiis: ἐν μεγάλοις δὲ κατορθώμασιν ὀλίγα συντιθέναι καὶ λέγειν τοῖς σοφοῖς ἡ τοιαύτη ἀκοὴ καὶ ποίησις ᾠκείωται. refertur igitur ἀκοὰ σοφοῖς ad poetas, non ad auditores, quod et ipsis verbis et totius loci naturae optime convenire ita manifestum est, ut non egeat disputatione: Egregiae, inquit, virtutes celeberrima argumenta praebent et scriptoribus et poetis, at vastam hanc atque inertem vim ita adornare, ut paucissimis comprehensa sit, haec est ars et gloria σοφῶν (h. e. poetarum,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ficationis si naturam et originem spectas, (est enim primitus id quod auditur) vix credes posse genitivi eam vim esse, quam Boeckhius ei dat. quam ob rem coniungo ego genitivum ἀστῶν cum accusativo θυμὸν, cuius ratio per se parum perspicua est, κρύφιον cum scholiis pro adverbio habeo et construo sic: ἀκοὰ ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις κρύφιον βαρύνει μάλιστα θυμὸν ἀστῶν. Der Ruhm (das Gerücht, das sich verbreitet) von fremdem Trefflichen beschwert insgeheim gewaltig den Sinn der Bürger.) et videntur opposita esse inter se ἀστός et ἀλλότριος (peregrinus), quae enim quarta epodo laudes celebrabantur, minime ad Aetneas pertinebant. quod si verum est, hoc monet poeta: Brevis sis oportet, si audientibus placere vis, nam si nimius es, nascitur fastidium fallunturque hominum spes festinantes, imprimis vero alienorum praeclare factorum gloria gravat cives, invidia furtim animum eorum exedente.

Ol. IX. 53. κείνων δ' ἔσσαν
χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι
ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας
κοῦροι κορᾶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν, ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί.

quae Boeckhius doctissime explanavit, nisi quod in una re mirabiliter lapsus est. interpretatur enim: „Maiores vestri posteri erant illorum, quippe puellarum ex illa stirpe Japeta.“ additque disertis verbis: „nota voci κείνων, qua Deucalion et Pyrrha comprehenduntur, per appositionem addi accuratiorem definitionem κορᾶν Ἰαπετιονίδος φύτλας.“ si haec non alio modo accipi possent, totius explicationis Boeckhianae fidem iudicarem eversam. poterant enim fortasse Pyrrha et Deucalion vocari κοῦροι (licet ne hoc quidem sine iusta offensione esset) minime vero κοῦραι. nescio ego quidem, quomodo fieri potuerit, ut ille non videret, Ἰαπετιονίδος φύτλας appositionem esse pronominis κείνων (quo Deucalion et Pyrrha comprehenduntur.)*) construendum est: ὑμέτεροι πρόγονοι ἔσσαν κοῦροι κορᾶν κείνων (Ἰαπετιονίδος φύτλας) καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν, ut sibi respondeant genitivi: φερτάτων Κρονιδᾶν et κορᾶν, κείνων vero alter genitivus sit ex altero κορᾶν suspensus: Maiores vestri nati sunt filia ex Japetidarum gente et summo filio Saturni. in plurali quidem numero offendet nemo, colore poetico eum hoc loco, non sensu differre a singulari iam docere debebat alter pluralis, quem usurpatum esse singularis loco neminem fallere potest.

---

ex Pindari consuetudine) de dativo σοφοῖς per σχῆμα Κολοφώνιον pro genitivo confer pag. 10 efficitur ita, ut voci ἀκοά duobus locis dubiis eandem vim famae subesse videamus, quam habet omnium consensu loco aperto et plano P. I. 80.

*) Dubito an quisquam κείνων cum Friederichso (Pindarische Studien pag. 18) ad illud, quod v. 46 praecedit, λαοί referendum putet, cum apertum sit Deucalionem et Pyrrham animo auditorum obversari, minime vero gentes istas (λαοί) septimo versu ante in transitu commemoratas ineptissimeque poeta nobilissimam illam gentem, quam laudibus effert. non ab ipsis heroïbus, sed a populo isto ortam dicturus fuisse videatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

J. I. 14. ἀλλ' ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας.
ἀνία τ' ἀλλοτρίαις οὐ χερσὶ νωμάσαντ' ἐθέλω
ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.

in scholiis pag. 518 exstat: ἐγὼ δὲ τὸ μέλος τῷ Ἡροδότῳ τεύχων, τὸ μέν τι, καθόσον ἐνίκησεν, τὸ δέ τι καθὸ αὐτὸς ἡνιόχησεν. ex qua interpretatione duo epinicia Herodoto se compositurum videtur dicere poeta, alterum quia vicerit, alterum quiasua ipsius manu equos moderatus sit. et necesse est, quantum ego video, ea ita intellegi, si cum Dissenio, reliquis interpretibus τὸ μὲν et γέρας coniungimus. quomodo enim quis τό pro articulo substantivi γέρας habere et tamen duo diversa carmina esse statuenda negare potuerit, vix intellego, siquidem dubium non est, quin τὸ μὲν γέρας non possit non opponi alteri honori. quod si ita est, aut scholiis obsequendum, aut τὸ μὲν a voce γέρας seiungendum. cum illud vix credibile sit, reliquum est, ut articulum τὸ μέν absolute positum insequenti particulae τε respondere existimemus. miror autem interpretes Pindari parum animadvertisse articulum et particulas istas satis frequenter ita usurpatas: τὰ μέν et τέ opposita leguntur: P. XI. 46. 49. N. VIII. 30. 31. N. III. 43. 45. τὸ μέν et τέ P. II. 31. 33. passimque μέν et τέ. quid? τὸ μέν non pertinere ad γέρας nisi sententiae necessitate certum esset, appareret ex rhythmo, quo artissime cum participio τεύχων, minime vero cum accusativo γέρας ceterum satis longe inde remoto coniungitur. construo: ἐθέλω ἐναρμόξαι νιν Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ὕμνῳ. volo aut Castorio aut Jolai inserere eum hymno, τεύχων αὐτῷ γέρας. ut parem ei honorem*), τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ, cum propter quadrigam, (h. e. curulem victoriam) ἀνία τ' οὐ χερσὶν ἀλλοτρίαις νωμάσαντι, tum quia ipse equos flexit. non duo Herodoto poeta promittit epinicia, sed duas adfert causas, propter quas epinicii honorem ei tributurus est, quae causae non aequalibus membris sed Pindarico more (quod fefellit interpretes) diversissima orationis forma expressae sunt.

J. IV. 56. οὗτοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν.

ad quae Mommsenus in adnotatione: „sensus est: non involutus est caecis tenebris diutinus labor virorum, non est, quamquam maximi sumptus futurae victoriae curam molestia adfecissent (acuissent).“ qui Pindarum satis novit minime credet eum propter sumptuum curam molestia adfectos eos dicere voluisse, quos summis laudibus efferre, quos omnibus imitandos proponere studet. et si quomodo singula accurate intellegenda sint, parum liquet, hoc mihi stat gentem istam non ob aliam causam summa laude dignam praedicari, nisi quod neque ullam virium contentionem fugerit et summa liberalitate sumptus ad certamina

*) Nota participium praesentis τεύχων fere vi participii futuri dictum, ut saepissime apud Pindarum conf. P. IX. 111. J. V. 35. Ol. I. 39. Ol. XIII. 59. P. IV. 105. Ol. VII. 104.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adeunda impenderit. itaque quid poeta voluerit, non male intellexit Dissenius qui interpretatur: „Non defecit diuturnus labor horum virorum nec quotquot fuerunt sumptus votorum, hoc attrivit eorum studium.“ at verbo κνίζειν non subest vis atterendi et pronominis ὁπόσος deposita vi relationis ita absolute usurpati desidero exempla. quod primum quidem attinet ad verbum κνίζειν, constat apud poetas et omnino in eis, quae nobis supersunt, litterarum graecarum monumentis, plerumque id translato sensu exstare. aqud Pindarum: N. V. 32. P. XI. 22. P. VIII. 32. J. V. 50. Ol. VI. 44. quibus locis omnibus κνίζειν de animi motu dictum est ea fere vi, qua nos quidem dicimus: reizen, prickeln. quae exempla si consideraveris, non credes Pindaricum esse δαπάναι ἔκνισ' ὄπιν, sed ne dubitabis quidem, ni fallor, curam debere esse subiectum verbi κνίζειν et scribes mecum una litterula mutata, quod nulli in mentem venisse miror, ὄπις.

οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπις. (Wie gross die Ausgaben für ihre Hoffnungen sein würden, die Sorge darum berührte sie nicht einmal.) obiectum verbi κνίζειν, si ita legis, deest, neque tamen a quoquam desiderabitur, pronomen ὁπόσος suam rationem habet, subiectum denique ὄπις summa vi in fine enuntiati positum copulaque in interrogatione obliqua suppressa Pindaricae orationis magis proprium colorem efficiunt*).

Atque haec quidem hactenus. quibus ea, quae ultima paragrapho continentur, temere congesta parumque cohaerentia videntur, eos moneo referre mea varia specimina curae, quam in Pindaro posui, iam publici iuris facere hominibusque doctis proponere, quippe quorum iudicio velim docear, ubi a recta via aberraverim, ne cum ad haec studia me revocavero (est enim in animo Pindaricam orationem alio loco accurate describere) infirmo et caduco fundamento insistam.

---

*) Paucissima attuli ex Mauritii Schmidtii diatribe de Pindari locis nonnullis controversis, quia pleraque ad hanc disputationem minus pertinent; ut tamen appareat, quomodo ille Pindarum tractaverit, ipsius verbis docebo, quam „medelam“ ille huic loco adferre voluerit. pag. CXLV. eius libelli legis: „Phylacides pancratio vicerat. hoc meminerit oportet, qui loco antiquitus corrupto medelam adferre cupiet, nam metaphora a palaestra ducta usus Pindarus dixisse videtur sumptus non supplantatos esse h. e. laborem et sumptus Phylacidae cum victoriae spe non ad irritum cecidisse eo, quod in pancratii certamine ab adversario supplantatus in tergum lapsus esset supinus. sumptus spei filios appellasse videtur, quoniam certaturi ad spes consequendas impensas faciunt. Itaque cum in hac re proprium sit πίπτειν (H. Il. ψ 726. Aes. Suppl. 82) commendaverim, quamvis dubitanter, coniecturam hanc:

οὐδ' ἔπεσον δαπάναι
ἐλπίδων τέκν' εἰς ὄπιν.“

hunc esse ludum, non artem criticam ita manifestum est, ut non indigeat explicatione.

Berolini.

E. Friese.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf